

1668

Sup

A

de Dios, ni de V.M. de que no se execute este santo Decreto? Que conveniencia, de que no se celebre el inefable Sacrificio de la Miffa en el Altar consagrado? Que conveniencia, de que se confagre la Sangre de Christo en Caliz profano? Que conveniencia, de que al Cuerpo de Iesu Christo, Bien nuestro, se suponga Patena, ni bendita, ni destinada con Sagrados Ritos al culto divino? Porque, fino lo pueden hazer esto los Padres, como lo ha declarado el Pontifice, estos Altares no son Altares; dizese Miffa en lugar profano: estos Calices, i Patena no estàn consagrados. Pues porque se ha de dispensar lo que la Iglesia Catolica desde su fundacion ha observado? Porque ha de omitirse el uso de las Aras, i Calices, que con tan singulares bendiciones, i sagradas palabras la Iglesia ha dedicado al divino culto, i reverencia de nuestro Señor? Estas materias son para dexarlas dudosas Sacramentales, jurisdiccionales, pertenecientes al culto divino, i al bien de las almas; quando sobre un punto de jurisdiccion temporal, que, respecto desto, ni importa, ni tiene sustancia,

tas resoluciones suspenden, repugnan, ò impugnan? Efto(Señor) mas es para llorarlo, que no para ponderarlo. Escandalizariase la Corte, si exercieran jurisdiccion en ella quatro Iuezes; que ferà exercer jurisdiccion espiritual nulamente en pleitos, i casos, que miran todos a la eternidad? Lo que esto aclara, i declara, no es bien que se detenga un instante.

Breve de su Santidad.

Decimo octava. Si los Padres de la Compañia pueden en la Diocesis de los Angeles cõsagrar los Vasos Sagrados, los Altares, i cosas semejantes, donde se requiere la Vncion? Responde. Que tampoco no pueden.

Este Decreto nació, de que los Religiosos de la Compañia, en la Puebla de los Angeles, consagravan Aras, i Calices, en tiempo de los antecesores del Obispo, i tambien despues que el entrò a servir esta Iglesia; i aviendolo llegado a entender, i recebido infor-

93

Decimo octavò. Vtrū Patres Societatis in Civitate & Diocesi Angelotū possint consecrare Vasa Sacra Altaria, & similia, in quibus unctio requiritur? Respondit. Idem non posse.

94

Los Religiosos de la Compañia no puedẽ consagrar Aras, ni Calizes en el Obispado de la Puebla de los Angeles.

SS-A
31

macion sobre ello, les pidiò, que en virtud de q̄ privilegio consagravan Aras, i Calices, pues esto pertenecia a los Obispos? Aqui se allanaron los Padres, i exhibieron uno de Paulo III. despachado a 15. de Noviembre, año 1549. en el qual, entre otras cosas, se les concede a los Religiosos de la Compañia el consagrar Calices, i Aras, erigit Altares, &c. pero con la limitacion siguiente. *In locis infidelium remotissimis, si Episcopus, qui ea faciat Catholicus inibi non adsit:* en tierras de infieles, i donde no huviere Obispo Catolico. Aviendolo visto, dixo este Prelado; que siendo tierra Catolica la Nueva-España, Catolicos los Obispos, Catolico el Principe, i Rei, i Catolico el Clero, i los seculares, como consagravan aquellas Aras, i Calices, como si fuera en China, ò Iapon? Respondieron, que aunque aquella tierra no era de infieles, pero avia sido de infieles; i que quando el Obispo estava en la Puebla, no consagravan las Aras, sino quando salia a visita, ò hazia ausencia: pareciòle, que aquella era una interpretacion violenta, i totalmente opuesta a la mète de la Santidad de Gregorio

Varia privil. Soc. Iesu. Excus. Romæ in Coll. Soc. Iesu, Ann. 1578. pag. 45.

Decimo octavo. Vniuersitas Societatis in Civitate & Diocesi Angelorum pro consuetudine Valles de Alcaniz, & finibus in quibus nuncius regni non possit.

94

Los Religiosos de la Compañia no pueden consagrar Aras, ni Calices en el Obispado de la Puebla de los Angeles.

OFFICIA
PROPRIA
SANCTORVM
OXOMENSIS
ECCLESIAE, ET
DIOECESIS.

DE MANDATO SANCTISSIMI D^{NI} NOSTRI VRBANI DI-
uina Providentia Papæ VIII. à sacra Rituum Congregatione
recognita, & approbata.



Anno

1668.

BVRGII.

Ex Officina Illustrissimi Dⁿⁱ Episcopi Oxomensis.



LICENCIA.



NOS el Maestro Fray Antonio de So-
to-Mayor, Confessor de su Ma-
gestad, de su Consejo de Estado,
del de la Santa General Inquisi-
cion, Abad de Santander, Comis-
fario General de la Santa Cruzada: y otro si,
Iuez Apostolico, y Real, para lo tocante a la
impresion, tassa, y distribucion de los libros
del nuevo rezado, &c. Por la presente damos
licencia para que se pueda imprimir el Quader-
no de las Fiestas propias, y particulares de la
Santa Iglesia de Osma, y su Obispado. Dada
en Madrid à 1. de Junio de 1630. años.

Por mandado de su Señoria Ilustrissima.

Gil de Echauri y Zarate.

MARTINVS MANSO DE ZVNIGA, DEI, ET APOSTOLICÆ
Sedis gratia, Episcopus Oxomensis, Regiusque Confiliarius, Dilectis in Chri-
sto Fratribus Priori, & Capitulo nostræ almæ Ecclesiæ Oxomensis,
& reliquo nostri Episcopatus Clero,
salutem, & c.



VM foelicis recollectionis Pius Papa V. Sacri Con-
cilij Trident. decretis inherendo, diuersas, variasq;
omnium Ecclesiarum formulas ad recitandum di-
uinum officium introductas (paucis ex rationa-
bili causa exceptis irritas esse decreuerit) & ad Bre-
uiarij Romani vniformem modum reduxerit.
Nostra Oxomensis Ecclesia ex tunc peculiaria sua, & totius Episco-
patus festa, omisso Breuiarij Diocesani formula, secundum noui-
Romani regulas hucusque celebrauit: donec in libellum, & codi-
cem proprium reddacta, & accuratè inspecta, at que limata, & iuxta
Breuiarij Romani regulas composita, ab Apostolica Sede confir-
marentur. Quod cum Prior, & Capitulum nostræ almæ Ecclesiæ
(Episcopali sede vacante) anno 1631. aliquibus ex ipso capitulo
pro suo voto, & pio desiderio elaborandum commisisset, codicem,
seu libellum bene dispositum ad Summum Pont. Paulum V. remis-
sit, quem de eius mandato sacra Rituum Cōgregationi præsentatū
(multis annis ipsius expeditione ob graues causas dilata) tandem
sanctif. Urbani Papæ VIII. auctoritate nunc temporis, ab Illustris.
Cardinali Muro de eiusdem sacra Rituum Congregationis commis-
sione accuratissimè examinatum, visum, & reuisum, approban-
dum nostro tempore (de quo multum in Domino gaudemus, ei-
que corde humili gratias agimus) eadē sacra Cōgregatio iudicauit.
Quamobrē vniuersis, & singulis nostri Episcopatus Clericis, quo-
modo libet nobis subiectis, his nostris litteris præcipimus, & mada-
mus, vt in festiuitatibus Sanctōrū, qui in hoc libello cōtinentur hoc
officio Ecclesiastico hac præcandi ratione, & nō alia deinceps, tam
publicè, quā priuatim vrantur. Multū enim in Domino confidim⁹
(cuius in hac re gloria, & in omnibus ante oculos habemus) si de-
uotè, piè, & attentè hæc diuina Sanctōrū officia, & præcipuè Patro-
norū, qui nos in Dño genuerunt, percluerint, eos fructū vberimū
percepturos. Datum in villa de Aranda de Duero huius nostræ
Diocesis Kalendis Februarij. Anno Domini 1630.

KALENDARIVM

Festorum.

IANVARIVS.

- xv Sanctissimi Nominis Iesu *dupl.* Cum commem. Sancti
Mauri Abbatis.
xix S. Pauli primi Eremitæ *semidupl.* (fuit 15.) cum com.
SS. Marij, & Sociorum Martyrum.
xxiiij Ildephonſi Archiepiſcop. Tolet. & Confess. *dupl. 1. clasſ.*

FEBRARIVS.

- iiij Blasij Episcopi, & Mart. *duplex.*

MARTIVS.

- ij Sanctorum Angelo. um Custodum, *dup. Maius.*
xviiij Gabrielis Archangeli *dup. Maius.*

APRILIS.

- xvii Aniceti Papæ, & Mart. *duplex.*

MAIVS.

- iiiiij Monica viduæ Matris S. Augustini *duplex.*
xij Nerei, Achilei, & Domitilæ Mart. *duplex.*
xxv Urbani Papæ, & Mart. *duplex.*

AVGVSTVS.

- ij Petri Episcopi, & Confess. & Patroni, *dupl primæ clasſis,*
& cum octaua.
iiii Inuentio S. Stephani Mart. *semidupl.* cum comm. S. Petri.
iiiiij Dominici Confess. & Patroni, *dupl primæ clasſis,* & cum
octaua.
v S. Maris ad Nives. *dupl. cum comm.* octauar. Sanctæ
Petri, & Dominici.
vi Transfiguratio Domini *dupl. Maius,* cum commem.
octauarum, & SS. Mart. Sixti, & Sociorum.

- vij Petri ad Vincula *dubl.* (fuit 1 die) cum commem. Sancti Pauli, octavar. & S. Donati Episcopi, & Mart. Ciriaci, & Sociorum Mart. *semidup.* cum comm. octau.
- viiij Octaua S. Petri Episcopi Oxomens. *dubl.* cum comm. S. Dominici, vigilia S. Laurentij, & S. Romani Mart.
- x Laurentij Mart. *dubl.* secundæ clas. & cum octaua.
- xj Octaua S. Dominici *duplex*, cum comm. S. Laurentij, & S. Tiburtij, & Susanæ Mart.
- xiiij Stephani Abbat. & Ducentorum Monachorum Martyrum de Cardena *dubl.* (fuit 6 huius mensis.)
- xxviiij Augustini Episcopi, & Confess. & Patroni, *dubl.* secundæ clas. & cum octaua.
- xxix Decolatio S. Ioannis Baptistæ, *duplex*, cum comm. octauæ S. Augustini, & S. Sabine Mart.
- xxx De octaua S. August. cum comm. SS. Felicis, & Audacti Mart.
- xxxj De octaua S. Augustini.

SEPTEMBER.

- i De octaua S. Augustini cum commemor. S. Egidij, Abbat. & SS. duodecim Fratrum Mart.
- ij De octaua S. Augustini.
- iiij De octaua S. Augustini.
- iiiij Octaua S. Augustini, *duplex*.

OCTOBER.

- iiiij Festum Sacratissimi Rosarij B. Mariæ celebratur in Dominica prima Octobris, sub duplici maiori officio. Francisci Confessoris, *duplex* primæ clas.

NOVEMBER.

- xii Festum Patrociniij B. Mariæ celebratur in vna dierum huius mensis (ab Ordinario assignanda singulis annis) sub ritu duplici.
- xx Translatio S. Petri Episcopi Oxomensis, & Confessoris, *duplex*.
- xx Dedicatio Ecclesiæ Oxomensis, *dup.* primæ clas. & cum octaua.

- xxj Presentatio B. Mariæ, *duplex*, cum *commem.* octauæ
dedicationis.
- xxij Cecilie virginis, & mart. *semiduplex*, cum *commem.*
octauæ dedicationis.
- xxiij Clementis Papæ, & Mart. *semidup.* cum *commem.* octa
uæ dedicationis & S. Felicitatis Mart
- xxiv De octaua dedicationis, cum *commem.* S. Chryfogo
ni mart.
- xxv Catharinæ virginis, & mart. *duplex*, cum *commem.*
octauæ dedicationis.
- xxvj De octaua dedicationis, cum *commem.* S. Petri Ale
xandrini Episcopi, & Mart.
- xxvij Octaua dedicationis Ecclesie Oxomensis, *duplex.*

DECEMBER.

- vij Conceptio Beate Mariæ, *duplex* secundæ clasif, & cum
octaua.
- ix Leocadiæ virginis, & mart. *duplex*, cum *commem.* oc
tauæ Conceptionis.
- x De octaua Conceptionis, cum *commem.* S. Melchia
dis Papæ, & Mart.
- xj Damasi Papæ, & mart. *semidupl.* cum *commem.* octa
uæ Conceptionis
- xij De octaua Conceptionis.
- xij Lucie virginis, & martyris, *duplex*, cum *commem.* octa
uæ Conceptionis.
- xiv De octaua Conceptionis
- xv Octaua Conceptionis, *duplex*, cum *commem.* S. Euse
bij Episcopi, & mart.
- xxij Passio Imaginis Christi, *duplex* secundæ clasif,



COMMEMORATIONES PATRONORUM huius Diœcesis Oxomensis, quæ fiunt cum consuetis Breuiarij.

AD LAUDES ANTIPH.

IN cœlestibus Regnis Sanctorum habitatio est, & in æternum requies eorum.

Vers. Lux perpetua lucebit sanctis tuis Domini.

Resp. Et Æternitas temporum.

AD VESPERAS ANTIPH.

Iusti autem in perpetuum viuent, & apud Dominum est merces eorum.

Vers. Exultent iusti in conspectu Dei.

Resp. Et delectentur in letitia.

ORATIO.

Presta quæsumus omnipotens Deus, vt qui Sanctorum tuorum Petri, & Domini commemorationem colimus: à cunctis malis imminentibus eorum intercessionibus liberemur.

ALIA ORATIO AD IDEM IN CONCVRSV.

Deus, qui nos concedis Sanctorum tuorum Petri, & Domini commemorationem colere: da nobis in æterna beatitudine de eorum societate gaudere.

OFFICIA
 PROPRIA
 OXOMENSIS
 ECCLESIAE, ET
 DIOECESIS.

IANVARIVS.

Die xv. Ianuarij.

In festo Sanctissimi Nominis Iesu.

Duplex.



MNIS, qui inuocauerit nomē Domini, salv⁹ erit. *Psal.* Dixit Dominus. *Añ a.* San

ctū, & terribile nomē eius, initium sapientiæ timor Domini.

Psal. Confitebor. *Añ a.* Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo.

Psal. Beatus vir. *Añ a.* A Solis ortu vsque ad occasum laudabile nomen Domini. *Psal.*

Laudate pueri. *Añ a.* Sacrificabo hostiam laudis, & nomē Domini inuocabo. *Psal.* Credidi.

Capitulum. Philipp. 2.

Fratres: Christus humiliauit semetipsum, factus obediēs

vsque ad mortem; mortem autem Crucis: propter quod, & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen: vt in nomine Iesu omne genu flectatur.

Hymnus.

Iesu dulcis memoria
 Dans vera cordi gaudia:
 Sed super mel, & omnia,
 Eius dulcis præsentia.
 Nil canitur suauius,
 Nil auditur iucundius,
 Nil cogitatur dulcius,
 Quam Iesus Dei Filius.
 Iesu spes pœnitentibus,
 Quam pius es petentibus:
 Quam bonus te quærētibus;
 Sed quid inuenientibus?
 Nec lingua valet dicere,
 Nec littera exprimere:
 Expertus potest credere,
 Quid sit Iesum diligere.
 Sis Iesum nostrum gaudium,
 Qui es futurus præmium:

A

Sig

Sit noſtra in te gloria,
Per cuncta ſemper ſæcula.
Amen.

Verſ. Sit nomen Domini Bene-
dictum, Alleluia.

Reſp. Ex hoc, nunc, & vſque in
ſæculo, Alleluia,

Ad Magnificat, Añã.

Fecit mihi magna, qui potens
eſt, & ſanctum nomen eius.
Alleluia.

Oratio.

DEus, qui Vnigenitum Fi-
lium tuum cõſtituiſti hu-
mani generis Saluatorem, & Ie-
ſum vocari iuſtiſti: concede pro-
pitius, vt cuius ſanctum nomen
veneramur in terris, eius quoq;
aſpectu perfruamur in cõlis. Per
eundem Dominum noſtrum.

*Poſtea fit commemoratio S. Hila-
rij, deinde S. Mauri Abbatis.*

*Ad Completorium, & per Horas
diei in fine Hymnorum dicitur.*

Gloria tibi Domine. Quinatus
eſ de Virgine

Ad Matutinum inuitatorium.

Admirabile nomen Ieſu, quod
eſt ſuper omne nomen. Veni-
te adoremus. *Pſal.* Venite.

Hymnus.

IEſu Rex admirabilis,
Et triumphator nobilis,
Dulcedo ineffabilis,
Totus deſiderabilis.

Quando cor noſtrum viſitas,
Tunc lucet ei veritas,
Mandi vileſcit vanitas,
Et intrus feruet charitas.

Ieſu dulcedo cordium,
Fons viuus, lumen mentium;
Excedens omne gaudium,
Et omne deſiderium.

Ieſum omnes agnoſcite,
Amorem eius poſcite,
Ieſum ardentem quærite,
Quærendo inardeſcite.

Te noſtra Ieſu vox ſonet,
Noſtri te mores exprimant.
Te corda noſtra diligant
Et nunc, & in perpetuum,
Amen.

*Pſalmi trium Nocturn. ſumuntur
ex officio paruo B. Mariæ Virg.*

IN PRIMO NOCTVRNO.

Añã. Domine Dominus noſter,
quam admirabile eſt nomẽ tuũ
in vniuerſa terra *Pſal.* Domine
Dominus noſter.

Añã. In Nomine Ieſu omne ge-
nu ſectatur, cœleſtium, terre-
ſtrium, & infernorum. *Pſal.* Cę-
li enarrant.

Añã. Conſitemini Domino, &
invoce nomen eius, memen-
tote quoniam excelſum eſt no-
men eius. *Pſalm.* Domini eſt
terra.

Verſ. Propter nomẽ tuum Dñe,
propitiaberis peccato meo.

Reſp. Multum eſt enim.
De Actibus Apoſtolorum.

Lectio j. Cap. 3.

Petrus autem, & Ioannes
aſcendebant in Templum
ad horam orationis nonam. Et
quidam vir, qui erat claudus ex
vtero

utero matris suæ, baiulabatur: quem ponebāt quotidie ad portam Templi, quæ dicitur Speciosa, ut peteret eleemosynam ab introcitantibus in Templum. Is, cū vidisset Petrum, & Ioannem accipientes introire Templum, rogabat ut eleemosynam acciperet. Intuens autem in eum Petrus cum Ioanne dixit: Respice in nos. At ille intendebat in eos, sperans se aliquid accepturum ab eis. Petrus autem dixit: Argentum, & aurum non est mihi: quod autem habeo, hoc tibi do: In nomine Iesu Christi Nazareni surge, & ambula. Et apprehensa manu eius dextera, alleuauit eum. Et protinus consolidatæ sunt basæ eius, & plantæ. Et exiliens sterit, & ambulabat. Et intrauit cum illis in templum ambulans, & exiliens, & laudans Deum.

Resp. Ecce concipies, & paries Filium: & vocabis nomen eius Iesum. * Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. *Vers.* Vocatum est nomen eius Iesus, quod vocatum est ab Angelo priusquam in utero conciperetur. * Ipse enim.

Lectio ij.

ET vidit omnis populus eum ambulantem, & laudantem Deum, & cucurrit ad eos ad porticum, quæ appellatur Salomonis, stupentes, Videns autem Pe-

trus, respondit ad populum: Viri Israelitæ, quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini, quasi nostra virtute, aut potestate fecerimus hunc ambulare? Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, Deus patrum nostrorum glorificauit filium suum Iesum: quem vos quidem tradidistis, & negastis ante faciem Pilati: iudicante illo dimitti: Vos autem sanctum, & iustum negastis: & petistis virum homicidam donari vobis. Auctorem verò vitæ interfecistis, quæ Deus suscitauit à mortuis, cuius nos testes sumus. Et in fide nominis eius hunc, quem vos vidistis, & nostis, confirmauit nomē eius: & fides, quæ per eum est dedit integram sanitatē istam in conspectu omnium vestrum.

Resp. Benedictum est nomen tuum, Deus patrū nostrorum, qui cū iratus fueris, misericordiam recordaberis * Et in tempore tribulationis peccata dimittis. *Vers.* Et benedictum nomē maiestatis tuæ in æternum, qui facis mirabilia solus * Et in tempore.

Lectio iij. Cap. 4.

Factum est autem in crastinum, ut congregarentur principes eorum, & seniores, & scribæ in Ierusalem, & Annas Princeps Sacerdotum, & Caiphas: & Ioannes, & Alexander, & quotquot erant de genere Sa-

cerdotali. Et statuentes eos in medio, interrogabant: In qua virtute, aut in quo nomine fecistis hoc vos? Tunc repletus Spiritu Sancto Petrus, dixit ad eos: Principes populi, & seniores audite. Si nos hodie diiudicamur in beneficio hominis infirmi, in quo iste saluus factus est: nortum sit omnibus vobis, & omni plebi Israel, quia in nomine Domini nostri Iesu Christi Nazareni quem vos crucifixistis, quem Deus suscitauit à mortuis: in hoc iste adstat coram vobis sanus. Hic est lapis, qui reprobatus est à vobis ædificatibus, qui factus est in caput anguli: & non est in alio aliquo salus. Necessim aliud nomen est sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. *Resp.* Laudabo nomen tuum assidue * Et collaudabo illud in cōfessione. *Vers.* Lætabor, & exultabo in te, psallam nomini tuo Altissimi. Et collaudabo.

Gloria Patri. * Et collaudabo.

IN SECUNDO NOCTURNO.

Añ. Memores erant nominis tui Domine: in omni generatione, & generationem *Psalm.* Eructauit.

Añ. Magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomē ei? in idipsum. *Psalm.* Deus noster.

Añ. Omnes gentes quascum-

que fecisti venient, & adorabunt coram te Domine, & glorificabunt nomen tuum. *Psalm.* Fundamenta eius.

Vers. Propter gloriam nominis tui Domine, libera nos.

Resp. Et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Sermo Sancti Bernardi

Abbat. is.

Lectio iij.

NON otiose Spiritus Sanctus nomen sponsi oleo comparat, cum ita docet sponfam ad sponsum clamare: Oleū effusum nomen tuum. Oleum enim lucet, pascit, & vngit. Fouet ignem, nutrit carnem, lenit dolorem: lux, cibus, medicina. Vide idem nunc, & de spōsi nomine. Lucet prædicatum, pascit recogitatum, invocatum lenit, & vngit. Et percurramus singula. Vnde putas in toto orbe, tanta, & tam subita fidei lux, nisi de peccato nomine Iesu? Nō né in huius nominis luce Deus nos vocauit in admirabile lumen suum, quibus illuminatis, & in lumine isto videntibus lumen, dicat meritò Paulus: Fuiſtis aliquando tenebræ, nūc autem lux in Domino?

Resp. Speret in te, qui neuerunt nomen tuum. * Quoniã non dereliquisti quærentes te Domine. *Vers.* Exurge Domine, adiuua nos, & libera nos propter

ter nomen tuum. * Quoniam.

Lectio v.

HOc denique nomē coram regibus, & gentibus, & filiis Israel portare iussus est idem Apostolus, & portabat nomen tanquam lumen, & illuminabat patriam, & clamabat ubique: Nox præcessit, dies autem appropinquavit. Abijciam ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sicut in die honestē ambulemus. Et monstrabat omnibus lucernam super candelabrum, annuntians in omni loco Iesum: & hunc crucifixū.

Quomodo lux ista resplenduit, ac perstrinxit cunctorum intuitum oculos, quando de ore Petri, tanquam fulgur egrediens, claudī vnus corporales plantas solidauit, & bases: multosque spiritualiter cæcos illuminauit? Nam quid non ignem sparsit, cum ait: In nomine Iesu Christi Nazareni surge & ambula?

Resp. Confiteamur nomini tuo magno.

Quoniam terribile, & sanctum est. *Vers.* Hi in curribus, & hi in equis: nos autem in nomine Domini Dei nostri inuocabimus. * Quoniam.

Lectio vj.

NEc tantum lux est nomen Iesu, sed est, & cibus. An non toties confortaris, quoties recordaris? Quid æquē mentē

cogitantis impingnat? Quid ita exercitatos reparat sensus? Virtutes roborat? Vegetat mores bonos, atque honestos? Castas fouet affectiones? Aridus est omnis animæ cibus, si non oleo isto infunditur. Insuperus est, si non hoc sale conditur. Si scribas non sapit mihi, nisi legero ibi Iesū. Si disputes, aut conferras, non sapit mihi, nisi sonu erit ibi Iesus. Iesus mel in ore, in aure melos, in corde iubilus. Sed est & medicina. Tristatur aliquis nostrum? Veniat in cor eius Iesus, & inde saliat in os. Et ecce ad exortum nominis lumen nubilum omne diffugit: redit serenum. Labitur quis in crimen? Currit insuper ad laqueum mortis desperando? Nonne, si in uocer nomen vitæ, confestim respirabit ad vitam?

Resp. Latentur omnes, qui sperant in te Domine, in æternum exultabunt, & habitabis in eis, & gloriabuntur in te omnes. * Qui diligunt nomen tuum *Vers.* Domine in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die. * Qui diligunt. Gloria Patri, & Filio. * Qui diligunt.

INTERTIO NOCTURNO.

Ant. Cantate Domino, & benedicite nomini eius: annuntiate de die in diē salutare eius. *Psal.* Cantate.

Antiph. Secundum nomē tuū Deus, sic, & laus tua in fines terrarum: iustitia plena est dextera tua. *Psal.* Dominus regnavit: exultet. *Añs.* Cantate Deo, Plalmum dicere nomini eius: iter facite ei qui ascendit super occasum, Dominus nomē illi. *Psal.* Cantate.

Vers. Afferte Domino gloriā, & honorem.

Resp. Afferte Domino gloriam nomini eius.

LECTIO sancti Evangelij secundum Lucam.

LECTIO vij. Cap. 2.

IN illo tempore: Postquam cōsummati sunt dies octo, ut circūcideretur puer, vocatum est nomen eius Iesus. Et reliq.

HOMIL. S. Bernardi Abbatis.

Serm. I. de Circumcisione.

MAGNUM, & mirabile Sacramentum. Circūcitur puer, & vocatur Iesus. Quid sibi vult ista cōnexio? Circumcisio nō pē magis saluandi, quā Saluatoris esse videtur & Saluatorē circūcidere potius decet, quam circumcidi. Sed agnosce mediatorē Dei, & hominū, qui ab ipso natiuitatis sue exordio diuinis humana sociat, ima summis. Nascitur ex muliere, sed cui fecunditatis fructus sic accedat, ut non decidat flos virginitatis. Pannis involuitur, sed panni ipsi Angelicis laudibus ho-

norantur. Absconditur in praesepio: sed proditur radiante stella de caelo. Sic, & circumcisio veritatem susceptae probat humanitatis: & nomen, quod est super omne nomen: gloriam indicat maiestatis. Circūcitur tanquam verus Abrahamae filius, Iesus vocatur tanquam filius Dei.

Resp. Tribulationem, & dolorem inueni. * Et nomen Domini inuocaui. *Vers.* Turris fortissima nomen Domini in ipso speravi, & adiutus sum. * Et nomen.

LECTIO viij.

NEQUE enim ad instar priorum meus iste Iesus nomen vacuum, aut inane portat. Non est in eo magni nominis umbra, sed veritas. Coelitus siquidem inditum nomen Evangelista testatur, quod vocatum est ab Angelo, priusquam utero conciperetur. Et attende verbi profunditatem: postquam natus est Iesus vocatur ab hominibus, qui vocatus est ab Angelo, priusquam in utero conciperetur. Idem quippe, & Angeli Saluator, & hominis, sed hominis ab incarnatione, Angeli ab initio creaturae. Vocatum est ait, nomen eius Iesus, quod vocatum est ab Angelo. In ore ergo duorum, vel trium, tertium stat omne verbum,

bum, & ipsum, quod in Propheta abbreviatum, manifestius in Evangelio legitur, caro factum.

Resp. Expectabo nomen tuum Domine. * Quoniam bonum est in conspectu sanctorum tuorum. *Vers.* Ut confiteamur nomini sancto tuo, & gloriemur in laude tua. * Quoniam. Gloria. * Quoniam.

Nona Lectio de S. Mauro Abbate, ut in Breviario.

Ad Laudes, & per Horas.

Antiphona.

Oleum effusum nomen tuum, ideo adolescentulae dilexerunt te.

Psal. Dominus regnavit. cum reliquis. *Antiphona.*

Scitote, quia Dominus ipse est Deus, cuius nomen in eternum.

Antiphona. Sitiuit anima mea ad nomen sanctum tuum Domine.

Antiphona. Benedictum nomen gloriae suae sanctum, & laudabile, & super exaltatum in saecula.

Antiphona. Iuvenes, & Virgines, senes cum iunioribus laudate nomen Domini, quia exaltatum est nomen eius solius.

Capitulum. Fratres, Christus humiliavit.

Hymnus.

Iesu, decus Angelicum,

In aure dulce canticum,

In ore mel mirificum,

In corde nectar coelicum.

Qui te gustant esuriunt,
Qui bibunt, adhuc sitiunt,
Desiderare nesciunt,
Nisi Iesum, quem diligunt.

O Iesu mi dulcissime,
Spes spirantis animae,
Te quaerunt pia lacrymae.
Te clamor mentis intimae.

Mane nobiscum Domine,
Et nos illustra lumine,
Pulsamentis caligine,
Mundum reple dulcedine.

Iesu, flos Matris Virginis,
Amor nostrae dulcedinis,
Tibi laus, honor nominis,
Regnum beatitudinis, Amen.

Vers. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

Resp. Qui fecit coelum, & terram.

Ad Benedictus. Antiphona.

Dedit se, ut liberaret populum suum, & acquireret sibi nomen aeternum, Alleluia.

Oratio ut supra.

Postea fit commemoratio Sancti Mauri Abbatis.

Ad Tertiam, Antiphona.

Capitulum. Fratres, Christus humiliavit.

Resp. breue. Sit nomen Domini benedictum. * Alleluia, Alleluia.

Vers. Ex hoc nunc, & usque in saeculum. * Alleluia Gloria Patri. Sit nomen Domini.

Vers. Afferte Domino gloriam, & honorem, Alleluia.

Resp. Afferte Domino gloriam nomini eius, Alleluia.

Ad Tertiam. Añã. Sitiuit anima mea.

Capitulum. *Philip. 2.*

IN nomine Iesu omne genu flectatur, caelestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris.

Resp. breue. Afferte Domino gloriam, & honorem. * Alleluia, Alleluia. *Vers.* Afferte Domino gloriam nomini eius * Alleluia. Gloria, Afferte. *Vers.* Magnificate Dñm mecū, Alleluia. *Resp.* Et exaltemus, nomē eius in idipsum. Alleluia.

Ad Nonam. Antiphona.

Iuuenes, & Virgines.

Capitulum. *Colosens. 2.*

OMne, quodcumque facitis in Verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini Iesu Christi facite, gratias agentes Deo, & Patri per ipsum.

Resp. breue. Magnificate Dominum mecum. * Alleluia, Alleluia. *Vers.* Et exaltemus nomen eius in idipsum * Alleluia. Gloria. Magnificate. *Vers.* Ad iutorium nostrum in nomine Domini, Alleluia.

Qui fecit caelum, & terram, Alleluia

In secundis Vesperis omnia dicuntur sicut in primis.

Ad Magnificat. Antiphona.

Vocabis nomen eius Iesum: ipse enim saluū faciet populū suū

à peccatis eorum, Alleluia;

Oratio vt supra. Deinde fit cōm. Sancti Marcelli Papæ, & Mart.

DIE XIX. IANVARII.
Pauliprimi Eremitæ (fuit x.v.) cum commem. SS. Marij, & Sociorum Mart. & ix. Lectione in iij. Nocturno.

DIE XXIII. IANVARII.
In festo Sancti Ildephonsi Archiepiscopi Toletani, dupl. primæ clausis in Matrice tantum.

Omnia, vt in festis Hispanie, sine comm. S. Emerentianæ.

In Missa Conuentuali dicitur Credo.

DIE III. FEBRVARII.

In festo Sancti Blasij Episc. & Mart. dupl. in Matrice tantum, propter insignem reliquiam.

Omnia vt in Breuiario de communi vnus Mart. exceptis, que sequuntur. In j. Nocturno Lectiones de Scriptura.

In ij. Noct. Lect. j. vt in Breuiario. ij. & iij. Principes persecuti sunt me, vt in comm.

In iij. Nocturno Homilia S. Gregorij Papæ. In Euangelium.

Si quis vult venire post me, vt in communi. In Missis dicitur Credo.

DIE I. MARTII.

In festo Angeli Custodis, duplex maius.

AD VESPERAS,

Antiphona.

Angelis suis, &c. cum reliquis de Laud. *Psalms, Dixit*

Do-

Dominus. Confitebor. Beatus vir. Laudate pueri. Laudate Dominum omnes gentes.

Capitalum. Exod. 23.

Ecce ego mitto Angelum meum, qui præcedat te, & custodiat in via, & introducat ad locum, quem præparavi: obserua eum, & audi vocem eius.

Hymnus.

Custodes hominum psallimus Angelos.

Naturæ fragili, quos Pater addidit.

Cœlestis comites: insidiantibus.

Nesuccumberet hostibus.

Nam quod corruerit proditor Angelus.

Concessis merito pulsus honoribus.

Ardens inuidia, pellere nititur. Quos cœlo Deus aduocat.

Huc custos igitur peruigil aduola.

Auertens patria de tibi credita. Tam morbos animi, quam requiescere.

Quidquid non finit incolas. Sanctæ sit Triadi laus pia iugiter.

Cuius perpetuo numine machina

Triplex hæc regitur, cuius in omnia.

Regnat gloria sæcula, Amen.

Vers. In conspectu Angelorum psallam tibi Deus meus.

Resp. Adorabo ad templum san-

ctum tuum, & confitebor nomini tuo.

Ad Magnificat. Añã.

Omnes sunt administratorij spiritus in ministeriũ missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis.

Oratio.

Deus, qui ineffabili prouidentia sanctos Angelos tuos ad nostram custodiam mittere dignaris: largire supplicibus tuis, & eorum semper protectione defendi, & æterna societate gaudere. Per Dominum.

AD MATVT. INVIT.

Regem Angelorum Dominum.

Venite adoremus.

Hymn. Custodes hominũ, &c. *vt supra in Vesp.*

IN PRIMO NOCTVRN.

Añã. Dominus Deus cœli, & terræ, ipse mittet Angelũ suum coram te.

Psalmus 8.

Domine Dominus noster: quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra.

Quoniam eleuata est magnificentia tua: super cœlos.

Ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos. vt destruas inimicum, & vitorem.

Quoniã videbo cœlos tuos opera digitorum tuorum: Lunam, & Stellãs, que tu fundasti.

B

Quid

Qui est homo, quod memor es eius? aut filius hominis, quoniam uisitans eum?

Minuisti eum paulò minus ab Angelis, gloria, & honore coronasti eum: & constituisti eum super opera manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues, & boues uniuersas, in super, & pecora campi.

Volucres cæli, & pisces maris: qui perambulant lenitas maris.

Domine Dominus noster quàm admirabile est nomen tuum in uniuersa terra! Gloria Patri.

Añ.a. Dominus Deus cæli, & terræ, ipse mittet Angelum suum coram te.

Añ.a. Deus meus misit Angelum suum, & conclusit ora leonum, & non nocuerunt mihi.

Psalmus 10.

IN Domino cōfido, quomodo dicitis animæ meæ: Transmigras in montem sicut passer? Quoniam ecce peccatores intruderunt arcum; parauerunt sagittas suas in phaterra, ut sagitent in obscuro rectos corde.

Quoniam, quæ perfecisti destruxerunt: iustus autem quid fecit?

Dominus in templo sancto suo: Dominus in cælo sedes eius.

Oculi eius in pauperem respiciunt: palpebræ eius interrogant filios hominum.

Dominus interrogat iustum, &

impium: qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam. Pluet super peccatores laqueos: ignis, & sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum.

Quoniam iustus Dominus: & iustitias dilexit: æquitatem uindictæ uultus eius.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Añ.a. Deus meus misit Angelum suum, & conclusit ora leonum, & non nocuerunt mihi.

Añ.a. Bene ambuletis, & Dominus sit in itinere uestro, & Angelus eius comiteretur uobiscum.

Psalmus 14.

Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo?

Qui ingreditur sine macula: & operatur iustitiam.

Qui loquitur ueritatem in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua.

Nec fecit proximo suo malum: opprobrium non accepit aduersus proximos suos.

Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus: timentes autem Dominum glorificat.

Qui iurat proximo suo, & non decipit: qui pecuniam suam non dedit ad usuram, & munera super innocentem non accepit.

Qui facit hæc: non mouebitur in æternum.

Gloria Patri, &c.

Añ.a. Bene ambuletis, & Dominus sit in itinere uestro, &

An-

Angelus eius comitetur vobiscum.

Vesf. Stetit Angelus iuxta aram Templi.

Resp. Habens thuribulū aureum in manu sua.

De libro Exodi.

Lectio j. Cap. 23.

Ecce ego mittam Angelū meum, qui præcedat te, & custodiat in via, & introducat in locum, quem præparavi Obferua eum, & audi vocem eius: ne cōtemnendum putes, quia non dimittet eum peccaueris: & est nomen meū in illo. Quod si audieris vocem eius, & feceris omnia, quæ loquor, inimic⁹ ero inimicistuis, & affligam affligentes te, præcedetque te Angelus meus.

Resp. Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. * In manibus portabant te, ne vñquam offendas ad lapidem pedē tuum. *Vesf.* Milia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebant ei. * In manibus.

Ex Zacharia Prophæta.

Lectio ij. Cap. 1.

Factum est Verbum Domini ad Zachariam filium Barachia, filij Addo Prophetam, dicens: vidi per noctem, & ecce vir ascendens super equum rufum, & ipse stabat inter myrta, quæ erāt in profundo: & post

eum equi rufi varij, & albi Et dixi: Qui sunt isti, Domine mi? Et dixit ad me Angelus Domini, qui loquebatur in me: Ego ostendam tibi, quid sint hæc. Et respondit vir, qui stabat inter myrta, & dixit. Isti sunt quos misit Dominus vt perambulent terram Et responderunt Angelo Domini, qui stabat inter myrta, & dixerunt: Perambulauimus terram, & ecce omnis terra habitatur, & quiescit.

Resp. Respondit Angelus Domini, & dixit, Domine exercituum * Viquequo tu non miseraberis Hierusalem, & urbem Iuda, quibus iratus es?

Vesf. Iste enim septuagesimus annus est. * Viquequo.

Lectio iij. Cap. 2.

Et leuaui oculos meos, & vidi, & ecce vir, & in manu eius funiculus mensurorum, & dixi. Quo tu vadis? Et dixit ad me: Vt metiar Hierusalem, & videam quanta sit latitudo eius, & quanta longitudo eius. Et ecce Angelus, qui loquebatur in me egrediebatur, & Angelus alius egrediebatur in occursum eius, & dixit ad eum: Curre; loquere ad puerum istum, dicens: Absque muro habitabitur Ierusalem præ multitudine hominum, & iumentorum in medio eius. Et ego ero ei, ait Dominus, murus ignis in circuitu.

cuitu, & in gloria ero in medio eius.

Resp. In conspectu gentium nolite timere: vos enim in cordibus vestris adorare, & timete Dominū. * Angelusenim eius vobiscum est.

Ves. Stetit Angelus iuxta aram templi, habens thuribulum aureum in manu sua. * Angelus enim. Gloria Patri. * Angelus enim.

IN II. NOCTVRNO.

Añā. Cum essem vobiscum, per voluntatem Dei eram, ipsum benedicite, & cantate ei.

Psalm. 18.

Celi enarrāt gloriam Dei: & opera manuum eius annuntiat firmamentum.

Dies diei eructat verbum: & nox nocti indicat scientiam.

Non sunt loquelæ, neque sermones: quorum non audiantur voces eorum.

In omnem terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum.

In sole posuit tabernaculum suum: & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo.

Exultauit vt gigas ad currendam viam: à summo celo egressio eius.

Et occursum eius vsque ad summum eius: nec est qui se abscondat à calore eius.

Lex Domini immaculata con-

uertens animas: testimonium Domini fidele, sapientiam præstans paruulis.

Iustitiæ Domini rectæ, lætificantes corda: præceptum Domini lucidum, illuminans oculos.

Timor Domini sanctus, permanens in sæculum sæculi: iudicia Domini vera, iustificata in semetipia.

Desiderabilia super aurum, & lapidem pretiosum multum: & dulciora super mel, & fauum.

Et enim seruus tuus custodit ea: in custodiendis illis retributio multa.

Delicta quis intelligit? ab oculis meis munda me: & ab alienis parce seruo tuo.

Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero: & emundabor à delicto maximo.

Et erunt vt complacent eloquia oris mei: & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.

Domine adiutor meus, & redemptor meus. Gloria Patri, &c.

Añā. Cum essem vobiscum, per voluntatem Dei eram, ipsum benedicite, & cantate ei.

Añā. Tollens se Angelus Domini, qui præcedebat castra, Israel, abiit post eos.

Psalmus 24.

Domini est terra, & plenitudo eius: orbis terrarum, & vniuersi, qui habitant in eo.

Quia

Quia ipse super maria fundauit eum: & super flumina præparauit eum.

Quis ascendet in montem Domini? aut quis stabit in loco sancto eius?

Innocens manibus, & mundo corde, qui non accepit in vano animam suam: nec iurauit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem à Domino: & misericordiam à Deo salutaris suo.

Hæc est generatio quærentium eum: quærentium faciem Dei Iacob.

Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ.

Quis est ille rex gloriæ? Dominus fortis & potens Dominus potens in prælio.

Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ? Dominus virtutum, ipse est rex gloriæ.

Gloria Patri, &c.

Ant. Tollens se Angelus Domini, qui præcebat castra Israel, abiit post eos.

Ant. Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos.

Psalmus 33.

Benedicam Dominum in omni tempore: semper

laus eius in ore meo.

In Domino laudabitur anima mea: audiant, mansueti, & lætentur.

Magnificate Dominum mecum: & exaltemus nomen eius in idiplum.

Exquisiui Dominum, & exaudiuit me: & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.

Accedite ad eum, & illuminamini: & facies vestræ non confundentur.

Ille pauper clamauit, & Dominus exaudiuit eum: & de omnibus tribulationibus eius saluauit eum.

Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum: & eripiet eos.

Gustate, & videte, quoniam suavis est Dominus: beatus vir qui sperat in eo.

Timete Dominum omnes sancti eius: quoniam non est inopia timentibus eum.

Diuites sequerunt, & esurierunt: inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono.

Venite filij, audite me: timorem Domini docebo vos.

Quis est homo, qui vult vitam: diligit dies videre bonos?

Prohibe linguam tuam à malo: & labia tua ne loquantur dolium.

Diuertere à malo, & fac bonum: inquire pacem, & persequere eam.

Oculi Domini super iustos: & aures eius in preces eorum.

Vultus autem Domini super facientes mala: vt perdat de terra memoriam eorum

Clamauerunt iusti, & Dominus exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberabit eos.

Iuxta est Dominus ijs, qui tribulati sunt corde: & humiles spiritu saluabit.

Multe tribulationes iustorum: & de omnibus his liberabit eos Dominus.

Custodit Dominus omnia ossa eorum: vnum ex his non conteretur.

Mors peccatorum pessima: & qui oderant iustum, delinquent.

Redimet Dominus animas seruatorum suorum: & non delinquent omnes, qui sperant in eo. Gloria Patri.

Ant. Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos.

Ves. Ascendit fumus aromatatum in conspectu Dei

Resp. De manu Angeli

Sermo S Bernardi Abbati.

In Psalm. Qui habitat.

Serm. 12.

Leit. iij.

Angelis suis mandauit de te. Mira dignatio, & verè magna dilectio charitatis. Quis enim? Quibus? De quo? Quid

mandauit, stultiose consideremus, fratres, diligèter commendemus memoriæ hoc tam grande mandatum. Quis enim mandauit? Cuius sunt Angeli? Cuius mandatis obtemperant? Cuius obediunt voluntati? Nempè, Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. Nec conctantur, quin etiã in manibus tollant te. Summa ergo maiestas mandauit Angelis, & Angelis suis mandauit. Illis vtique sublimibus, tam beatissimis, quam proximis sibi coherentibus, & verè domesticis mandauit de te. Tu quis es? Quid est homo, quod memor es eius? aut filius hominis, quoniam reputas eum? Quasi verò non sit homo putredo, & filius hominis vermis. Sed quid putas mandauit de te? vt custodiant te.

Resp. Viuit ipse Dominus. * Quoniam custodiuit me Angelus eius, & hinc euntem, & ibi commorantem, & inde huc reuertentem.

Ves. Et non permisit me Dominus ancillam suam conquinari. * Quoniam custodiuit me.

Leit. v.

Quantum tibi debet hoc verbum inferre reuerentiam, afferre deuotionem, conferre fiduciam. Reuerentiam pro præsentia, deuotionem pro beneuolentia, fiduciam

ciam pro custodia. Cautè ambula, vt videlicet cui adfunt Angeli, sic it eis mandatum est: In omnibus vijs tuis, in quouis diuertorio, in quouis angulo Angelo tuo reuerentiam habe. Tu ne aude s' illo presente, quod vidente me non auderes? An presentem esse dabis, quem non vides? Quid si audires? Quid si tangeres? Quid si olfaceres? Vide, quia non solum vilu reru presentia comprobatur.

Resp. Angelus Domini descendit cum Azaria & socijs eius in fornacem, & excussit flammam ignis de fornace. * Et non tetigit eos omnino ignis, neque conturbauit. *Ver.* Benedictus Deus eorum, qui misit Angelum suum, & eruit seruos suos, qui crediderunt in eum. * Et non tetigit eos omnino.

Lectio vij

IN ipso itaque, fratres affectuose diligamus Angelos eius, tanquam futuros aliquando coheredes nostros, interim verò actores, & tutores à Patre prepositos, & prepositos nobis. Quid sub tantis custodibus timeamus? Nec superari, nec seduci; minus autem seducere possunt, qui custodiunt nos in omnibus vijs nostris, fideles sunt, prudentes sunt, potentes sunt. Quid trepidamus? Tantum sequamur eos, adhareamus eis, & in protectione Dei celi com-

moremur. Quoties ergo grauissima cernitur urgere tentatio & tribulatio vehemens imminere, inuoca custodem tuum, ductorem tuum adiutorem tuum in opportunitatibus, in tribulatione inclama eum, & dic: Domine salua nos, perimus.

Resp. In omni tribulatione eorum non est tribulatus. * Et Angelus faciei eius saluauit eos. *Ver.* In dilectione tua, & indulgentia tua ipse redemit eos, & portauit eos, & eleuauit eos cunctis diebus seculi. * Et Angelus Gloria. * Et Angelus.

IN III. NOCTVRNO.

Mt. Misit Dominus Angelum suum, qui percussit omnem virum robustum, & bellatorem, & Principem exercitus Regis Assyriorum.

Psalm. 95.

CAntate Domino canticum nouum: cantate Domino omnis terra

Cantate Domino, & benedicite nomini eius: annuntiate de die in diem salutare eius

Annuntiate inter gentes gloriam eius: in omnibus populis mirabilia eius.

Quoniam magnus Dominus, & laudabilis nimis: terribilis est super omnes deos.

Quoniam omnes dii gentium demonia: Dominus autem celos fecit.

Confessio, & pulchritudo in conspectu eius: sanctimonia, & magnificentia in sanctificatione eius.

Afferte Domino patriæ gentiû: afferte Domino gloriam, & honorem: afferte Domino gloriam nomini eius.

Tollite hostias, & introite in atria eius: adorate Dominum in atrio sancto eius.

Commoueatür à facie eius vniuersa terra: dicite in gentibus, quia Dominus regnauit.

Etenim correxit orbem terræ, qui non commouebitur: iudicabit populos in æquitate.

Letentur cœli, & exulter terra, commoueatür mare, & plentudo eius: gaudebunt campi, & omnia, quæ in eis sunt.

Tunc exultabunt omnia ligna lyuarum à facie Domini, quia venit: quoniam venit iudicare terram.

Iudicabit orbem terræ in æquitate: & populos in veritate sua. Gloria Patri, & Filio, & c.

Añã. Misit Dominus Angelum suum, qui percussit omnem virum robustum, & bellatorem, & Principem exercitus Regis Assyrionum.

Añã. Adorate Dominum omnes Angeli eius: audiuit, & lætata est Sion.

Psalmus 96.

Dominus regnauit, exulter terra: lætentur insulæ.

Nubes, & caligo in circuitu eius: iustitia, & iudicium correctio sedis eius.

Ignis ante ipsum præcedet: & inflammabit in circuitu inimicos eius.

Illaxerunt fulgura eius orbi terræ: vidit, & commota est terra.

Montes sicut cera fluxerunt à facie Domini: à facie Domini omnis terra.

Annuntiauerunt cœli iustitiam eius: & viderunt omnes populi, gloriam eius.

Confundantur omnes, qui adorant sculprilia: & qui gloriantur in simulacris suis.

Adorate eum omnes Angeli eius: audiuit, & lætata est Sion.

Et exultrauerunt filia: Iudæ: pro præiudicia tua Domine.

Quoniam tu Dominus altissimus super omnem terram: nimis exaltatus es super omnes deos.

Qui diligitis Dominum, odite malum: custodit Dominus manus sanctorum suorum, de manu peccatoris liberabit eos.

Lux orta est iusto: & rectis corde letitia.

Lætamini iusti in Domino: & confitemini memorie sanctificationis eius.

Gloria Patri, & c.

Añã. Adorate Dominum omnes Angeli eius: audiuit, & lætata est Sion.

Añã.

Ana. Benedicite Domino omnes Angeli eius, potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem sermonis eius.

Psalmus 102.

Benedic anima mea Domino: & omnia, quæ intra me sunt, nomini sancto eius.

Benedic anima mea Domino: & noli obliuisci omnes retributiones eius.

Qui propitiatur omnibus, iniquitatibus tuis: qui sanat omnes infirmitates tuas.

Qui redimit de interitu vitam tuam: qui coronat te in misericordia, & miserationibus.

Qui replet in bonis desiderium tuum: renouabitur vt aquilæ iuuentus tua.

Faciens misericordias Dominus: & iudicium omnibus iniuriam patientibus.

Notas fecit vias suas Moyſi: filijs Israel voluntates suas.

Miserator, & misericors Dominus: longanimis, & multum misericors.

Non in perpetuum irascetur: neque in æternum comminabitur.

Non secundum peccata nostra fecit nobis: neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis.

Quoniam secundum altitudinem cœli à terra: corroborauit misericordiam suam super

timentes se.

Quantum distat ortus ab Occidente: longe fecit à nobis iniquitates nostras.

Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se: quoniam ipse cognouit signum nostrum.

Recordatus est quoniam puluis sumus: homo sicut fœnum dies eius, tanquam flos agrific efforebit.

Quoniam spiritus pertransibit in illo, & non subsistet: & non cognoscat amplius locum suum.

Misericordia autem Domini ab æterno: & vsque in æternum, super timentes eum.

Et iustitia illius in filios filiorum: his qui seruant testamentum eius.

Et memores sunt mandatorum ipsius: ad faciendum ea.

Dominus in cœlo parauit sedem suam: & regnum ipsius omnibus dominabitur.

Benedicite Domino omnes Angeli eius: potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem sermonum eius.

Benedicite Domino omnes virtutes eius: ministri eius, qui facitis voluntatem eius.

Benedicite Domino omnia opera eius: in omni loco dominationis eius, benedic anima mea Domino.

Ant. Benedicite Domino omnes Angeli eius, potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocē sermonis eius.

Vesf. In conspectu Angelorum psalliam tibi, Deus meus.

Resp. Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.

Lectio sancti Euangelij secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 18.

In illo tempore: Accesserunt Discipuli ad Iesum, dicentes: quis putas maior est in Regno cœlorum? Et reliqua.

Homil. S. Hilarij Episc.

Humilitas passionis scandalum mundo est. In hoc enim maximè ignorantia detinetur humana, quod sub deformitate crucis, æternæ gloriæ Dominum noluit accipere. Et quid mundo, tam periculosum, quàm non recepisse Christum? Verum tamen sub hominis nuncupatione auctorem scandali huius Iudaicum populum designat, per quem omne hoc mundo periculum cōparatur, vt Christum in passione abnegēt, quem lex, & Prophetæ passibilem prædicauerunt. Ideo enim necesse ait venire scandala, quia ad sacramentum reddendæ nobis æternitatis omnis in eo passionis humilitas esset explenda.

Resp. Machabæus, & qui cum

eo erant, cognouerunt ex pugnarī præsidia.

* Cū fletu, & lacrymis rogauit Dominum, & omnis turba simul, vt bonum Angelum mitteret ad salutem Israel.

Vesf. Cum pariter prompto animo procederēt Hierosolymis, apparuit præcedens eos eques in veste candida.

* Cum fletu, & c.

Lectio viij.

Videte ne contemnatis vnum de pusillis istis, qui credunt in me. Aptissimum vinculum mutui amoris imposuit, ad eos præcipue, qui vere in Domino credidissent; pusillorum enim Angeli quotidie Deum vident. Quia filius hominis saluat, & Deum Angeli vident, & Angeli pusillorum præstant fidelium orationibus Præesse Angelos absoluta auctoritas est. Saluat rem igitur per Christum orationes Angeli quotidie Deo offerunt. Ergo periculose ille contemnitur, cuius desideria, ac postulationes ad æternum, ac inuisibilem Deum ambitioso Angelorum famulatu, & ministerio peruehuntur.

Resp. Tu Domine, qui misisti Angelum tuum sub Ezechia rege Iuda, & interfecisti de castris Sennacherib centum octoginta quinque millia. * Et nunc dominator cœlorum mitte Angelum tuum bonum ante nos in timore,

re, & tremore magnitudinis brachij tui.

Vesf. Ut metuant, qui cum blasphemia veniunt aduersus sanctum populū tuum. * Et nunc dominator. Gloria Patri. * Et nunc dominator.

Lectio ix.

ATque ut ingentem esse in cœlis lætitiā reditu humanæ salutis ostenderet, comparationis posuit exemplum, eius qui oues nonaginta nouē in montibus reliquisset, & errantem vnā requisisset, qua inuenta plus gaudij sit, quam habebatur in nonaginta nouē conseruatione lætitiæ. Quis vna homo intelligendus est, & sub homine vno vniuersitas sentienda est. Sed in vnus Adæ errore omne hominum genus aberrauit. Ergo nonaginta nouem non errantes multitudo Angelorum cœlestium opinanda est, quibus in cœlo est lætitiā, & cura salutis humanæ. Igitur & quærens hominem, Christus est; & nonaginta nouem relictī, cœlestis gloriæ multitudo est, cui cum maximo gaudio errans homo in Domini corpore est relatus.

Te Deum laudamus.

AD LAUDES.

Et per Horas. Añā.

Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te

in omnibus vijs tuis. *Psal.* Dominus regnauit, cum reliquis.

Añā. Laudemus Dominum, quem laudant Angeli, quem Cherubim, & Seraphim: Sanctus, Sanctus, Sanctus, proclamant.

Añā. Angeli eorum semper vident faciem Patris mei, qui in cœlis est.

Añā. Benedictus Deus, qui misit Angelum suum, & eruit seruos suos, qui crediderunt in eum.

Añā. Laudate Deum omnes Angelicius: laudate eum omnes virtutes eius

Capitulum, vt supra.

Ecce ego mitto.

Hymnus.

ORbis patrator optime
Qui quiquid est, potenta.

Magna creasti, nec regis
Minore prouidentia:

Adesto supplicantium

Tibi reorum cœtui,

Lucisque sub crepusculum

Lucem nouam da mentibus:

Tuusque nobis Angelus

Signatus ad custodiam

Hic ad sit, à contagio,

Qui criminum nos protegat.

Serpentis nobis amuli

Calumnias exterminet,

Ne rete fraudulentia

Incauta ne stat peccata.

Metum propellat hostium

Nostris procul de sinibus,

Pacem procuret civium,
Fugetque pestilentiam.

Deo Patri sit gloria,
Qui quos redemit Filius,
Et sanctus vixit Spiritus.
Per Angelos custodiat. Amen.

Vesf. In conspectu Angelorum
psallam tibi Deus meus.

Resp. Adorabo ad templum san-
ctum tuum, & confitebor no-
mini tuo.

Ad Benedictus. Añã.

Reuersus est Angelus, qui lo-
quebatur in me, & suscitauit
me, quasi virum, qui suscitatur
à somno suo.

Oratio. Vt supra. Deus, qui inef-
fabili.

*Ad Tertiam. Antiphona. Lau-
demus Dominum.*

Capitulum.

Ecce ego mitto, &c. *vt supra.*

Resp. Stetit Angelus. * Iux-
ta aram templi. Stetit. *Vesf.* Ha-
bens thuribulū aureum in ma-
nu sua. * Iuxta aram.

Gloria Patri. Stetit.

Vesf. Ascendit fumus aroma-
tum in conspectu Domini.

Resp. De manu Angeli.

Oratio vt supra.

*Ad Sextam. Antiphona. Ange-
li eorum.*

Capitulum. Exod. 23.

NEc contemnendum pu-
res, quia non dimittet
cum peccaueris: & est nomen
meum in illo.

Resp. Ascendit fumus aroma-
tum. * In conspectu Domini.
Ascendit.

Vesf. De manu Angeli. * In
conspectu Domini. Gloria Pa-
tri. * Ascendit.

Vesf. In conspectu Angelorum
psallam tibi Deus meus.

Resp. Adorabo ad templum san-
ctum tuum, & confitebor no-
mini tuo.

Oratio vt supra.

*Ad Nonam. Antiphona. Lau-
date Deum.*

Capitulum. Exodi 23.

Quod si audieris vocem
eius, & feceris om-
nia, quæ loquor, ini-
micus ero inimicis tuis, & affli-
gam affligentes te, præcedet-
que te Angelus meus

Resp. In conspectu Angelorū. *
Psallam tibi Deus meus. In cō-
spectu, &c.

Vesf. Adorabo ad templum
sanctum tuum, & confitebor
nomini tuo. * Psallam, Gloria
Patri, & Filio. * In conspectu.

Vesf. Adorate Deum.

Resp. Omnes Angeli eius,

Oratio vt supra.

IN SECVNDIS

Vesperis

Añã. Angelis suis, &c. *cum re-
liquis de Laudib. Psalm.* Dixit
Dominus Confitebor. Beat^{us}
vir. Laudate pueri Dominum.
Confitebor tibi Domine.

Capit.

Capit. Hymn. & Vesp. vt supra in primis Vesp.

Ad Magnificat. Añã.

Sancti Angeli Custodes nostri defendite nos in prælio, vt non pereamus in tremèdo iudicio.

Oratio. Deus qui ineffabili.

DIE XVIII. MARTII.

In festo Sancti Gabrielis Archangeli duplex maius.

Si hoc festum venerit in Dominicis Quadragesime, transfertur in feriam sequentem, simili, aut duplici festo non impeditam.

Si autem venerit in Dominica Palmarum, aut in maiori hebdomada transfertur post Octauam Pasche, post festum Annuntiationis, & in secundis Vesperis fit commemoratio de Sancto Gabriele, & fit officium, vt tempore Paschali, cum Alleluia in Antiphonis inuitatorio, Responsorijs Matutinorum, & breuibus: & tres Psalmi nocturnorum dicuntur sub vna Antiphona.

Ad Vesperas. Añã.

Ingressus Zacharias, cum reliquis de Laudib. Psalm. Dixit Dominus. Confitebor. Beatus vir. Laudate pueri. Laudate Dominum omnes gentes.

Capitulum. Daniel 9.

Ecce vir Gabriel, quem videram in visione à principio. cito volans tetigit me in tempore sacrificij vespertini, & docuit me, & locutus est mihi, & dixit. Daniel, nunc egressus sum, vt docerem te, & in-

telligeres.

Hymnus.

CHriste sanctorum decus Angelorum, Rector humani generis, & auctor.

Nobis aeternum tribue benignus.

Scandere cœlum.

Angelus fortis Gabriel, vt hostem.

Pellat antiquū, volitet ab alto. Sæpius templum veniens ad istud.

Visere nostrum.

Hinc Dei nostri genitrix Maria.

Totus, & nobis chorus Angelorum.

Semper assistat simul, & beata Concio tota.

Præster hoc nobis Deitas beata.

Patris, ac Nati, pariterque sancti

Spiritus, cuius reboat in omni Gloria mundo, Amen.

Vesp. Stetit Angelus iuxta aram templi.

Resp. Habens thuribulum aureum in manu sua.

Ad Magnificat. Añã.

Ingressus Gabriel Angelus ad Mariam Virginem, dixit: Ave gratia plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus.

Oratio.

Deus, qui inter ceteros Angelos ad annuntiandum

Incarnationis tuæ mysterium
Gabrielē Archangelum elegi-
sti: concede propitius, vt qui fe-
stum eius celebramus in terris,
ipsius patrocinia sentiamus in
cœlis. Qui viuus, & regnas.

*Deinde fit comm. feria, nisi cele-
bretur post Octauam Pasce.*

Ad Matutinum Inuitatorium.
Regem Archangelorum Do-
minum. Venite adoremus.
Psalms. Venite exultemus.
Hymnus. Christe sanctorum.

* *Psalmitrium Nocturn.* Sumuntur
ex officio Sancti Angeli Custodis,
vt supra.

IN I. NOCTVRNO.

Añã. Dixit Angelus Gabriel
ad Danielem: Intellige, filij
hominis: quoniam in tempore
finis implebitur visio.

Psalms. Domine Dominus
noster.

Añã. Ecce vir Gabriel, quem
videram in visione, cito volans
tetigit me in tempore sacrificij
vespertini, & docuit me. *Psal.*
In Domino confido.

Añã. Cumque Gabriel loque-
retur ad me, collapsus sum pro-
nus in terram, & tetigit me, &
statuit me in gradu meo. *Psalms.*
Domine quis habitabit.

Vers. Stetit Angelus iuxta aram
templi.

Resp. Habens thuribulum au-
reum in manu sua.

Ex Daniele propheta.

Lectio j. Cap. 9.

Ego Daniel cum adhuc lo-
querer & orarem, & con-
fiterer peccata mea, & peccata
populi mei Israel, & prosterne-
rem preces meas in conspe-
ctu Dei mei pro monte sancto
Dei mei, ecce vir Gabriel, quē
videram in visione à principio,
cito volans tetigit me in tem-
pore sacrificij vespertini, & do-
cuit me, & locutus est mihi, di-
xitque: Daniel: Nunc egressus
sum vt docerem te, & intelli-
geres. Ab exordio precum tua-
rum egressus est sermo. Ego au-
tem veni vt indicarem tibi, quia
vir desideriorum es. Tu autem
animaduerte sermonem, & in-
tellige visionem.

Resp. Cum oraret Daniel, &
confiteretur peccata sua, & pec-
cata populisui. * Ecce Archā-
gelus Gabriel cito volans teti-
git eum in tempore sacrificij
vespertini.

Vers. Cumque prosterneret pre-
ces suas in conspectu Dei sui. *
Ecce Archangelus.

Lectio ij.

Septuaginta hebdomades ab
Sbreviatae sunt super popu-
lum tuum, & super urbem san-
ctam tuam, vt consumetur præ-
uaricatio, & finē accipiat pec-
catum, & deleatur iniquitas: &
adducatur iustitia sempiterna,
& impleatur visio, & propheta-
tia,

tia, & vngatur sanctus sanctorum. Scito ergo, & animaduerte ab exitu sermonis, vt iterum ædificetur Ierusalem vsque ad Christum ducem hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duæ erunt. Et rursus ædificabitur platea, & muri in angustia temporum.

Resp. Locutus est Gabriel Danieli, & dixit: Ab exordio precum tuarum egressus est sermo. * Ego autem veni vt iudicarem tibi, quia vir desideriorum es. *Vers.* Tu autem animaduerte sermonem intellige visionē. * Ego autem.

Lectio iij.

ET post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus, & non erit eius populus, qui eum negaturus est: & ciuitatem, & sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo & finis eius vastitas, & post finem belli statuta desolatio. Confirmabit autem pactū multis hebdomada vna, & in dimidio hebdomadis cessiet hostia & sacrificium, & erit in templo abominatio desolationis. Et vsque ad consumationē, & finem perueuerabit desolatio. *Resp.* Ecce vir Gabriel, quem videram, cito volans tetigit me in tempore sacrificij vespertini, & docuit me & dixit. * Daniel nunc egressus sum, vt docerem te: & intelligeres.

Vers. Gabriel, fac me intelligere istam visionem: & venit, & stetit iuxta, vbi ego stabam, & ait ad me. * Daniel. Gloria. * Daniel.

IN II. NOCTVRNO.

Añ. Gabriel Angelus apparuit Zachariæ, dicens: Vxor tua Elisabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Ioannem.

Psal. Cæli enarrant.

Añ. Et dixit Zacharias ad Angelum: Vnde hoc sciam? Ego enim sum senex, & vxor mea processit in diebus suis. *Psal.* Domini est terra.

Añ. Respondens autem Angelus dixit ei: Ego sum Gabriel, qui sto ante Deum, & missus sum loqui ad te, & hæc tibi euangelizare. *Psal.* Benedicam Dominum.

Vers. Ascendit fumus aromatū in conspectu Domini.

Resp. De manu Angeli.

Sermo sancti Bernardi Ab-
batis.

Ex Homilia i. de laudibus Virginis super Missus est.

Lectio iij.

Missus est Angelus Gabriel à Deo. Non arbitrator hunc Angelum de minoribus esse qui qualibet ex causa crebra soleant ad terras fungi legatione. Quod ex eius nomine palam intelligi datur, quod interpretatum fortitudo Dei dicitur: & quia non ab aliquo alio, forte excellentiore se (vt affo-

let)

let) spiritu, sed ab ipso Deo mit-
ti perhibetur. Propter hoc er-
go positum est à Deo. Vel ideo
dictum est à Deo, ne cui vel bea-
torum spirituum, suum Deus
antequam Virgini, reuclasse
putetur consilium, excepto dū-
taxat Archangelo Gabriele.
Qui utique tantæ inter suos in-
ueniri potuerit excellentiæ, ut
tali, & nomine dignus haberetur,
& nuntio.

Resp. Factum est, cū sacerdotio
fungeretur Zacharias in ordi-
ne vicis suæ ante Deum. * Ap-
paruit ei Angelus Gabriel, stans
à dextris altaris incensī. *Vers.*
Cumque ingressus in templum
Domini incensum poneret, se-
cundum consuetudinem sacer-
dotij sui. * Apparuit ei.

Lectio v.

Nec discordat nomen à
nuntio: Dei quippe virtu-
tem, Christum, quem melius
nuntiare decebat: quam hunc,
quem simile nomen honorat.
Numquid est aliud fortitudo,
quam virtus? Non autem dede-
cens, aut incongruum videatur,
Dominum, & nuntium com-
muni censerī vocabulo, cum si-
milis in utroque appellationis,
non sit tamen utriusque similis
causa. Aliter quippe Christus
fortitudo, vel virtus Dei dici-
tur: aliter Angelus. Angelus
enim tantū nuncupatiuè, Chri-
stus autem etiam substantiue,

Resp. Descendit Gabriel Ange-
lus ad Zachariam, dicens. * Ne
timeas, quoniam exaudita est
deprecatio tua, & vxor tua Eli-
sabeth pariet tibi filium: & vo-
cabis nomen eius Ioannem.

Vers. Et Zacharias turbatus est, vi-
dens: & timor irruit super eum.
Ait autem ad eum Angelus. *
Ne timeas.

Lectio vj.

Christus Dei virtus, & dici-
tur & est, qui forti armato
cui suum atrium in pace custo-
dire solebat, fortior superue-
niens, ipsum suo brachio debel-
lauit: & sic ei vasa captiuitatis
potenter eripuit. Angelus verò
fortitudo Dei appellatus est, vel
quod huiusmodi meruerit præ-
rogatiuam officij, quo eiusdem
nuntiaret aduentum virtutis:
vel quia Virginem natura pau-
dam, simplicem verecundam,
ne miraculi nouitate expauesce-
ret, confortare deberet: quod
& fecit. Ne timeas, inquit,
Maria: inuenisti enim gratiam
ante Deum. Conuenienter ita-
que Gabriel ad hoc opus eligitur,
imo quia tale illi negotium
inungitur, rectè tali nomine
designatur.

Resp. Ego sum Gabriel, qui asto
ante Deum, & missus sum loqui
ad te, & hæc euangelizare. * Ec-
ce eris tacens, & non poteris lo-
qui vsque in diem, quo hæc
fiant.

Vers.

Vers. Pro eo quod non credidi
sti verbis meis, quæ implebun-
t tempore suo.* Ecce eris. Glo-
ria.* Ecce.

IN III NOCTVRNO.

Añã. Missus est Angelus Ga-
briel ad Mariam Virginem des-
ponfatã Ioseph. *Psal.* Cantrate.

Añã. Gabriel Angelus Mariæ
dixit: Ecce Elisaberth cognata
tua, & ipsa concepit filium in
senectute sua. *Psal.* Dominus
regnauit.

Añã. Suscipe Verbum Virgo
Maria, quod tibi à Domino per
Angelum Gabrielem transmis-
sum est. *Psal.* Benedic anima
mea.

Vers. In conspectu Angelorum
psallam tibi, Deus meus.

Rsp. Adorabo ad templum san-
ctum tuum, & confitebor no-
mini tuo.

Lectio sancti Euangelij secun-
dum Lucam.

Lectio vij. Cap. I.

IN illo tempore: Missus est
Angelus Gabriel à Deo in
ciuitatem Galileæ, cui nomen
Nazareth, ad Virginem despon-
satam viro, cui nomen erat Io-
seph de domo Dauid, & nomẽ
Virginis Maria. Et reliq.

Homilia sancti Iuliani Archie-
piscopi Tolerani.

*Lib. 2. contra Iudeos statim post
principium.*

Sacramentum illud septua-
ginta hebdomadaram de

Christi natiuitate, Daniel per
Angelum didicit. Similiter, &
Zacharias, apparente sibi Ange-
lo, Ioannem filium de se gene-
randum audiuit. Et Maria, An-
gelo sibi prædicenti Christum
ex se nascendum, & credidit, &
assensit. Hæc tria per Angelum
dicta, & completa videmus.
Iam ergo sollicitè intuendum
est, vtrum Angelus iste, qui Za-
chariæ, & Mariæ apparuit, ipsi
quoque Danieli illa prædixe-
rit.

Rsp. Missus est Gabriel Ange-
lus ad Mariam Virginem des-
ponfatam Ioseph, & expauescit
Virgo de lumine.* Ne timeas
Maria: inuenisti enim gratiam
apud Dominum: ecce concipies,
& paries, & vocabitur Altis-
simi filius. *Vers.* Quæ cum
audisset, turbata est in sermone
eius, & cogitabat qualis esset
ista saluatio: & ait Angelus ei.
* Ne timeas Maria.

Lectio viij.

ET Quidem ipse Daniel in
Prophetiæ suæ volumine,
quando illa sacramenta hebdo-
madaram de Christi natiuitate
per Angelum futura cogno-
uit, sic ipsius Angeli nomen
euidenter expressit. Dicit enim
Ecce vir Gabriel, quem videram
in principio, cito volans tetigit
me, & dixit Daniel, animaduerte
sermonem: & reliqua, quæ
ibi commemorantur. Item his

temporibus, secundum Euangelium, Angeli ipsius nomen mirificum sic inuenitur expressum. Dixit enim idem Angelus Zachariæ: Ego sum Gabriel, qui sto ante Deum, & missus sum loqui ad te, & hæc tibi eua gelizare.

Resp. Gaude Maria Virgo, cunctas hæreses sola interemisti. * *Quæ* Gabrielis Archangeli dictis credidisti, dum virgo Deum & hominem genuisti, & post partum virgo inuiolata permansisti. *Vers.* Benedicta tu in mulieribus: & benedictus fructus vëstris tui. * *Quæ* Gabrielis. Gloria Patri * *Quæ* Gabrielis.

Nota l'elio de feria occurrenti, nisi transferatur post octauam Pasche, quia tunc dicitur sequens.

L'elio. ix.

Qued etiam de beata Maria Virginis partu sic in eodem Euangelio legitur: Missus est, inquit, Angelus Gabriel à Deo in ciuitatē Galileæ, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo David, & nomen Virginis Maria. Iam ergo manifestum est, quod vnus, idemque Angelus Gabriel fuerit, qui, & præfixa illa tempora Daniëli de Christi natiuitate aperuit, & partum Virginis præsentem esse monstrauit. Ad tempus itaque præfinitum occurrit, & olim à se dicta operis effice

ria completa esse conuincit: & illic fidelis in prophetia hebdomadarum & hic fidelis per mysterium reuelatum. *Te Deum Laudamus.*

Ad Laudes, & per Horas.

Añã. Ingresso Zacharia templum Domini, apparuit ei Gabriel Angelus, stans à dextris altaris incensi. *Psal.* Dominus regnauit cum reliq. de Dom.

Añã. Ait autem Angelus. Ne timeas Zacharia: quoniam exaudita est deprecatio tua.

Añã. Ego sum Gabriel Angelus, qui sto ante Deum, & missus sum loqui ad te.

Añã. Gabriel Angelus locutus est Mariæ, dicens: Ecce concipies in utero, & paries filium: & vocabis nomen eius Iesum.

Añã. Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? & respondens Gabriel Angelus, dixit ei, Spiritus Sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. *Psal. Capitulum ut supra in Vesperis.*

Ecce vir Gabriel.

Hymn. Christe sanctorum.

Vers. Stetit Angelus iuxta aram templi.

Resp. Habens thuribulum aureum in manu sua.

Ad Benedictus. Añã.

Gabriel Angelus descendit ad Zachariam, & ait illi: Vxor tua pariet tibi filium, & vocabis nomen

nomen eius Ioannem. & multi
in natiuitate eius gaudebunt: ip
se enim præibit ante faciem Do
mini parare vias eius.

Oratio Deus qui inter cæteros.
vt supra in vesp.

Ad tertiam, Añã. Ait autem An
gelus.

Capitulum, Ecce vir Gabriel, *vt
supra in vesp.*

Resp. breue. Stetit Angelus. * Iux
ta aram templi. *Resp.* Stetit An
gelus.

Vers. Habens thuribulum aureū
in manu sua. *Resp.* * Iuxta. *Vers.*
Gloria Patri. *Resp.* Stetit. *Vers.*
Ascendit fumus aromatum in
conspetu Domini. *Resp.* De
manu Angeli.

Ad sextam. Añã. Ego sum Ga
briel.

Cap. Dan. 9.

EGO autem veni, vt indica
rem tibi, quia vir desiderio
rum es. Septuaginta hebdoma
des abbreviatæ sunt, vt finem
accipiat peccatum, & implea
tur visio, & prophetia, & vnga
tur sanctus sanctorum.

Resp. breue. Ascendit fumus aro
matum. * In conspectu Do
mini. *Resp.* Ascendit fumus.
De manu Angeli. *Resp.* In cõl
pectu. Gloria. *Vers.* * Ascendit.
Vers. In conspectu Angelorū psal
lā tibi Deus meus. *Resp.* Adora
bo ad templū sanctum tuum, &
confitebor nomini tuo.

Ad Nonā. Añã. Dixit autē Maria.

Cap. III. Dan. 9.

SCITO ergo, & animaduerte
Sab exitu sermonis, vt iterum
adificetur Ierusalem, vsque ad
Christum ducem hebdomades
septem: & hebdomades sexa
ginta duæ erunt.

Resp. breue. In conspectu Ange
lorū. * Psallam tibi, Deus meus.

Resp. In conspectu. *Vesp.* Adora
bo ad templum sanctum tuum,
& confitebor nomini tuo. *Resp.*
Psallam tibi. *Vers.* Gloria Patri,
& Filio, &c. *Resp.* In conspectu.
Vers. Adorate Deum. *Resp.* Om
nes Angeli eius.

Ad Vesperas. Añã.

Ingresso Zacharia, cum reliquis
de laudibus. *Psal.* Dixit Domi⁹.

Confitebor. Beatus vir. Lauda
te pueri. Confitebor tibi Domi
ne in toto corde meo: quoniā.
*Capitulum, & Hymnus vt in primis
Vesperis.*

Vers. In conspectu Angelorum
psallam tibi Deus meus.

Resp. Adorabo ad templum san
ctum tuum, & confitebor no
mini tuo.

Ad Magnificat. Añã.

Archangelus Gabriel ait ad Ma
riā: Non erit impossibile apud
Deum omne verbum. Dixit au
tem Maria: Ecce ancilla Domi
ni, fiat mihi secundum verbum
tuum. Et discesit ab ea Ange
lus.

*Deinde fit commemoratio S. Ioseph,
& ferie, vt in Breuiario.*

APRILIS.

Die XVII. Aprilis.

In festo S. Aniceti Papæ, & Mart. duplex in Matrice tantum propter insignem Reliquiam. Omnia vt in communi vnius Mart. tempore Paschali, exceptis, quæ sequuntur: Oratio vt in Breuiario.

In I. Nocturno Lectiones de Scriptura.

In II. Nocturno Lectio 4. vt in Breuiario. Lectio 5. & 6. de Sermone Sancti Ambrosij Episcopi: Dignum, & congruum est, vt in communi vnius Mart. tempore Paschali.

In III. Nocturno. Homilia in Euang. Ego sum vitis vera, vt in eodem communi. In Missis dicitur Credo.

M A I V S.

Die III. Maij.

In festo S. Monicæ matris Sancti Augustini dupl.

Omnia vt in communi nec virg. nec mart. exceptis quæ sequuntur.

Oratio vt in Breuiario.

In I. Noct. Lectiones de Scriptura.

In II. Noct. I. & II. Lectio, vt in Breuiario, 3. ex libro Sancti Ambrosij. Agrum hunc, vt in communi.

In III. Noct. Homilia S. Augustini in Euangelium: Ibat Iesus in ciuitatē, quæ vocatur Naim, vt in Dominica 15. post Pentecostem in Breuiario.

Die XII. Maij.

In festo SS. Mart. Nerei.

Achilei, & Domitilla, duplex in Matrice propter insignes reliquias. Omnia vt in Breuiario. Dicitur Credo in Missis.

Die XXV. Maij.

In festo S. Vrbani Papæ, & Martyris dupl. ex concessione Summi Pontificis facta S. Ecclesie Toletane, & eius Prouincie. * Ordinatur officium secundum tempus in quo celebratur, Paschale, vel extra tempus Paschale.

A V G V S T V S.

Die II. Augustij.

In festo S. Petri Episcopi, & Confess. & Patris duplex 1. classis. Omnia de communi confess. Pontificis, exceptis, quæ sequuntur. Oratio: Da quæsumus.

In I. Noct. Lectiones de Epistola B. Pauli: Fidelis sermo. vt in comm.

IN II. NOCTVRNO.

Ex Historia Bernardi Archiepiscopi Toletani sub Paschali 2. tempore Alphonsi VI. Hispaniarum Regis, & alijs Oxomensis Ecclesie monumentis

Lectio iij.



Etrum Bituricensem, ē Gallia, Bernardus Toletanus antistes, Roma per Galliam (suum natale solum) Toletum rediens, cum alijs viris doctrina,

& pietate præstantibus, secum
 ut eorum ministerio in Eccle-
 siæ regimine vteretur, adduxit.
 Perspecta autem Petri prudentia,
 singularique in omnibus pe-
 rita, cum primo Archidiaconum
 Toletanum instituit: in
 cuius munere ita se singulari
 omnium, & præcipue sui præsu-
 lis approbatione gessit ut altio-
 ris loci, & regiminis dignissim⁹
 fuerit iudicatus. Anno itaque
 Domini millesimo centensimo
 primo Paschali secundo
 Summo Pontifice, ipsius Bernar-
 dardi opera, post expulsos Sar-
 racenos ex Arebacia, in quibus
 ad fines Celtiberiæ sita ex Oxo-
 ma, & Toletum ab eorum Ty-
 rannide armis Alphonsi Sexti
 Hispaniarum Regis vindicatū
 primus Episcopus Oxomensis
 creatur, diuinitus autem datus,
 & præfectus Ecclesiæ, potius
 quam humanitus ex eo certissi-
 me iudicandus est, quia cum Sar-
 racenorum vi, temporumque
 iniuria per trecentos plus mi-
 nus ante annos Pastorum sola-
 tio, & præsentia destituta Oxo-
 mensis Ecclesia permanisset:
 ipse Petrus admirabili sanctita-
 te, & incredibili celeritate om-
 nia ita disposuit, ut nunquam
 talia passa Oxomensis Eccle-
 sia videretur. *Resp.* Inueni Da-
 uid.

Lectio v.

Præfectus itaque suæ Ecclesiæ,

primum antiqui templi tanti
 temporis decursu collapsi fun-
 damenta explorat, ipsamque re-
 ficat, & in pristinum statum cū
 ingenti breuitate restituit: Ve-
 terem diœcesim instaurat, præ-
 dicatione verbi diuini, assidua
 oratione, disciplinæ seueritate
 cum pia quadam moderatione
 clerum instituit. ut mores chris-
 tiani, & cleri sanctitas maxime
 elucerent. Distinctas item par-
 rochias prædicatione, sacerdo-
 tum institutione effusa in pau-
 peres misericordia, visitando
 frequenter circuibat. Multis e-
 tiam æditi miraculis antiquum
 nascentis Ecclesiæ Christianæ,
 splendorem suscitare videba-
 tur: ex his referuntur quædam
 monumentis maiorum, & re-
 ceptis historijs consignata. In-
 his est Oxomensis ciuis admira-
 bilis à Dæmone liberatio: is e-
 nim potens, & diues, ob illatas
 Oxomensis Ecclesiæ graues in-
 iurias, excommunicatus, in
 Episcopum Oxoma in villam
 sancti Stephani proficiscentem
 hostili animo armatus irruit:
 vnde à Dæmone subito correptus,
 de equo cui intedebat deij-
 citur, & in terra spumans, tam-
 diu voluratur, donec oratione,
 & precibus sancti Episcopi à
 Dæmone oprimente libera-
 tur: & ad pristinam sanitatem
 reuocatus, pœnitens ad Eccle-
 siam confugit. Aquam item de
 illicis

illicis ramis in villa Fresnillo sui Episcopatus subito defluxisse, vt sitientes comites Episcopi, & de via lesi sub vmbra eiusdē arboris reficerētur. Multos præterea graui agitudine laborantes, pristinae sanitati restituros, precibus à domino impetrauit.

Resp. Posui adiutorium.

Lectio. vj.

Hispijs, & sanctis operibus intentum Episcopum, ad funus Alphonsi Regis in Abbatia S. Facundi rite procurandum, euocatum, & deinde redeuntem Oxomam fœbris periculosa Palentiæ occupat. Adhibitis autem à Petro Palentino Episcopo omnibus humanitatis officijs, nihilominus instare sibi mortem Oxomensis intellexit: & Dæmonem sibi apparentem in ipso mortis articulo, his verbis, repulit. Quid his agis nequam? Nulla tibi pars debetur, nonne confunderis volens occupare, quæ tua nō sunt? Et benedicta tunc à se ipso more ecclesiastico aqua aspersum compefcuit, & fugauit. Deinde Palentino Episcopo dubitanti, an corpus illius post mortem propter Maurorum frequentes irruptiones, Oxomam tuto deferri posset (vt obnixè petierat ab eo Oxomensis) respondit, ipsum bono animo esse: futuram enim, vt nulla vi hostium, neque incurfione impediretur,

vel in profefctione, vel in reditu, vt euentu ipso probatum est. Sacramentis igitur Pœnitentiæ, Eucharistiæ, & Vnctionis debite susceptis, fronti signo crucis impresso, & circumstantes benedicens, composito vultu, Palentiæ clarus miraculis migravit ad Dominum, cum per sex annos, & quatuor plus minus menses Ecclesiam sanctissimè gubernasset. Cuius corpus Oxomam delatum honorifico sepulchro conditum est, multis ad illud religionis, & voti causa confluentibus.

Resp. Ilte est.

In 3. Nocturno. Homilia in Euangelium: Homo quidam peregre, vt in comm.

In secundis Vesperis fit commemoratio S. Stephani, vt in Breuiario.

Die III. Augusti.

In festo inuentionis S. Stephani: Omnia vt in Breuiario, cum commemoratione Octauæ S. Petri.

In secundis Vesperis omnia de S. Dominico Confess. & Patrono sine vlla commemor.

Die IIII. Augusti.

In festo S. Dominici Confess. & Patroni dupl. primæ classis Omnia vt in Breuiario, exceptis lectionibus priminoctur quæ eunt de libro Ecclesiastici. Beatus vir, vt in comm. Confess. non Pontif.

In secundis Vesperis omnia de S. Dominico, cum commem. S. Mariæ ad Niuces tantum.

Die

Die V. Augusti.

In festo S. Mariæ ad Nives duplex, omnia ut in Breviario cum comm. Octavarum SS. Petri, & Dominici.

In secundis Vesperis omnia de Transfiguratione Domini, cum comm. S. Mariæ, & Octavarum, & SS. Sixti, Felicissimi, &c.

Die VI. Augusti.

In festo Transfigurationis Domini dupl. Omnia ut in Breviario, cum comm. Octavarum, & SS. Sixti, &c.

In secundis Vesperis fit comm. S. Petri ad Vincula, & Pauli, & Octavarum, & S. Donati Episcopi, & Mar.

Die VII. Augusti.

In festo S. Petri ad Vincula dupl. (fait 1.) Omnia ut in Breviario, cum comm. S. Pauli, & Octavarum, & S. Donati.

In secundis Vesperis fit commemor. S. Pauli, & SS. Ciriaci, Largi, & S. Maragdi. mart. & Octavarum.

Die VIII Augusti.

In festo SS. Mart. Ciriaci, Largi, & Smaragd. semidupl. Omnia ut in Breviario cum comm. Octavarum, & S. Romani Mart.

In secundis Vesperis omnia de Octava S. Petri, cum comm. Sanctorum Mart.

Die IX. Augusti.

Octava S. Petri Episcopi, & Confess. & Patroni dupl. Omnia ut in die cum comm. Octave S.

Dominici, & vigilie S. Laurentij, & S. Romani.

In secundis Vesperis omnia de S. Laurentio, cum comm. S. Petri tantum.

Die X. Augusti.

In festo Sancti Laurentij Mart. dupl. Omnia ut in Breviario, sine comm. Octave Sancti Dominici.

In secundis Vesperis, omnia de S. Laurentio, cum comm. Octave S. Dominici, & SS. Tiburtij, & Sussane Mart.

Die XI. Augusti.

Octava S. Dominici Confess. & Patroni dupl. omnia ut in die, exceptis Lectionibus primi Nocturni, quæ sumuntur de Scriptura occurrenti.

* In secundis Vesperis à Capitulo fit de S. Clara virg.

¶ Die XIII. Augusti.

In festo Sanctorum Martyrum Stephani Abbatis, & ducentorum sociorum, Ordinis Sancti Benedicti, apud Burgos, in Monasterio Sancti Petri de Charadigna dupl. in Matrice tantum, propter insignem Reliquiam (fuit 6. huius mensis.)

In Missis dicitur Credo.

Omnia ut in Comm. plurimor. Mart. præter hæc, quæ sequuntur.

Oratio.

PRæsta, quæsumus, omnipotens Deus, ut qui gloriosos Martyres Stephanum Abbatem, & socios eius, monachos Charadignæ, foras in tua confessione cognovimus, pios apud te

in

in nostra intercelsione sentiamus. Per.

IN I. NOCTVRNO.

Lectio de Epistola ad Romanos, ut in eodem Communi.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iiii.

TEmpore quo Arabum saeva tyrannis in Hispania Christianos affligeret, atque Zafaeorū Rex impius Castellae Provinciam deuastaret, potissimū verò Dei seruos, fidei Christianae propugnatores, viros Religiosos, quos sciret esse ipsorum execrabilis sectae accerrimos impugnatores, vehemēter exagitarēt, inter alios venerabiles Monachos, qui diuersis in locis Hispaniarum propensiori cultu Deo seruientes, eorūdem persecutionibus praemerētur, feliciores illi fuere, qui apud Burgos, in Monasterio Sancti Petri (de Caradigna nominati) egregia vitae sanctitate florentes, digni inuenti sunt, qui omnes simul ducenti numero ad martyrii coronam promouerentur à Domino Iesu Christo.

Resp. Sancti tui Domine, &c.

Lectio v.

HI enim sub Stephano ipsorum Abbate viro sanctissimo ad spiritualem palastram iugiter exercitati, & carnem vincere, mundum contemnere, & debellare aereas pote-

states edocti, audientes eosdem adesse Arabes ministros Satanæ, ipsorum sanguinem sitiētes, nullā suscipere voluerē redemptionem, vt meliorem inuenirent resurrectionem: sed vnanimes Dei armatura potentes, spiritu feruentes, ad quæq; mala subeunda perstiterē constantes, probeque intelligētes, quod nō sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis: mutuis se exhortationibus ad subeundum martyrium roborarunt, atque assiduis precibus munierunt.

Resp. Verbera carnificum.

Lectio vi.

SIc igitur diuina gratia confirmati, in Monasterij claustro fortes animo consistentes, summa patientia irruentes exceperē carnifices, à quibus singuli crudeliter ingulati, optatam coronam martyrii perceperunt, octauo Idus Augusti, feria quarta, anno salutis octingentesimo vigesimo quarto. Sepulti sunt ibidem sancti Martyres à Christi fidelibus, qui illuc conuenere, postquam funesta Arabum cohors inde recessit. Deus autem, qui tuos milites, non solum coronat in cælis, sed in terris efficit gloriosos, ad ipsorum martyrum gloriam locum illum celebri miraculo illustrauit, dum pluribus

ribus subsequenter annis die
anniuersaria ipsorum cordis, tan
quam recenti cruore aspersum,
eundem ruborem ostendit. Sed
& iam pene extinctam iniuria
temporum ipsorum memoriam
reddit sua autoritate Sedes A-
postolica rediuiam, atq; eam
celebradam omnibus fidelibus
reprezentat.

Resp. Tanquam aurum.

IN III. NOCTVRNO.

Lectioes super Euangelium.

Descendens Iesus de mon-
te, &c. De eodem Com-
muni.

Die XXVIII. Augusti.

*In festo S. Augustini Episcopi,
& Confess. dupl. secundæ. clasis.
Omnia ut in Breuiario.*

¶ *In Laudibus, & Missis priua-
tis fit Commem. S. Hermetis mart.*

*In secundis Vesperis fit comm.
Decollationis S. Ioannis Baptiste,
& S. Sabine mart.*

Die XXIX. Augusti.

*In festo Decollationis S. Ioannis
Baptiste dupl. Omnia ut in Bre-
uiario, cum com. Octauæ S. Agu-
stini, & S. Sabine mart.*

Die XXX. Augusti.

*Tertia die infra Octauam San-
cti Augustini.*

*In I. noct. lectioe, de Scriptu-
ra occurrenti.*

IN II. NOCTVRNO.

De vita Sancti Augustini E-
piscopi.

Lectio iij.

Augustinus mox ut bap-
tizatus est, ad virum Sim-
plicianum perrexit, cuius no-
men celeberrimum erat apud
fideles, qui etiam habebat do-
micilium semotum, & à genti-
bus separatū, cum quo aliquan-
diu permansit: & licet qui cū
eo erant in illa solitudine viri
essent perfecti, atque probatæ
vitæ viuebant tamen in liber-
tate, quibus ex præcepto Sim-
pliciani Augustinus vitam apo-
stolicam ordinauit: maximè,
ut nihil inter eos proprium di-
ceretur, sed matre instigante ad
propria remeare decreuit. Cū
autem esset apud Ostia Tiberi-
na, eius pia mater defuncta est,
Resp. Inueni David.

Lectio v.

Reuertens ad agros pro-
prios, relictis, & vendi-
tis proprijs bonis, & pauperi-
bus erogatis, eremum in solitu-
dine sibi elegit, & ibi cum ami-
cis ieiunijs, & orationibus Deo
vacabat. Cum verò inquietudi-
nem ad se venientiam ferre nō
posset, duobus ferè milliaribus
à prædicto loco secessit, & ad
montem quemdam altissimum
se contulit, ad quē, nisi per viam
valde aridam, atque petrosam
ariri poterat: ibique Augusti-
nus habitationem ex lateribus
coctis construi sibi fecit, & sic
homines euitans, cum multis

E

Dei

Dei seruis, qui inter saxa, & fissuras montium receptacula sibi fecerant, in communi vitæ sanctitate habitabat.

Resp. Posui adiuterium.

Lectio viij.

Completis verò tribus annis, ex illa solitudine secedens, Hipponiam venit, ut quæreret amicum, quem putabat se posse Deo lucrari, & quærebat ibi construere monasterium, ut quietius cum fratribus, & cum ipso vitam ducere posset eremiticam. Aduenientibus autem Paschalibus diebus, cum conuentioni Episcopi ad plebem de eligendo presbytero verba facientis interesset, ex improviso à populo raptus, atque Episcopo presentatus, multa (licet frustra) profusis etiam lacrymis deprecans, presbyterij gradum suscipere compellus est.

Resp. Ille est.

IN III. NOCTVRNO.

Lectio sancti Euangelij secundum Mattheum.

Lectio iij.

In illo tempore: Dixit Iesus Discipulis suis: vos estis sal terre: quod si sal euenerit, in quo salietur? Et reliqua.

De Homilia sancti Augustini Episcopi.

Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio. Quid putamus, ita esse dictum sub modio, ut occulta-

tio tantum lucernæ accipienda sit, tanquam si diceret, nemo accendit lucernam, & occultat illam? An aliquid etiam modius significat, ut hoc sit ponere lucernam sub modio, superiora facere corporis commoda, quam prædicationem veritatis: ut ideo quisque veritatem non prædicet, dum timet ne aliquid in rebus corporalibus, & temporalibus molestiæ patiatur? *Resp.* Amavit eum.

Lectio viij.

Et bene modius dicitur: siue propter retributionem mensuræ, quia ea quisque recipiet, quæ gessit in corpore: ut illic, inquit Apostolus, recipiet, vnusquisque, quæ gessit in corpore: & tanquam de hoc modio corporis alio loco dicitur: in qua mensura mensi fueritis, in ea remetietur vobis. Siue quoniam temporalia bona, quæ corpore peraguntur, certa dierum mensura, & inchoantur, & transeunt, quam fortasse significat modius, æterna verò & spiritualia, nullo tali fine coercentur. Non enim ad mensuram dat Deus spiritum.

Resp. In medio.

Lectio ix.

De SS. Felice, & Adauldo, ut in Breviario

Die XXXI. Augusti.
Quarta die infra octauam sancti Augustini.

IN II. NOCTVRNO.

De vita sancti Augustini Episcopi.

Lectio iij.

SANCTUS autem Valerius ordinator Augustini exultabat vberius, hominem sibi talem datum diuinitus, qui in doctrina sana ædificare Ecclesiam Dei esset idoneus. Cognito tamen instituto, & volutate eius, ille bonus senex, qui & disposuerat ibi esse in Monasterio cum Fratribus, dedit illis hortum, in quo Monasterium ædificauit, cœpitque fratres boni profecti colligere, cōpares suos, nihil habentes, sicut nihil ille habebat, vt de communi viuerent.

Resp. Inueni David.*Lectio v.*

PRESBYTERO, itaque Augustino, Valerius natione Græcus, & ob id lingua Latina minus exercitatus, facultatem dedit corā se verbum Dei in Ecclesia prædicandi, ac frequentissimè tractandi. Quod quidē licet in Aphrica in Ecclesia minimè fieri consueuisse: ideoque nonnulli Episcopi detraherent; tamen hoc postea commoti exemplo, alij quoque presbyteri accepta ab Episcopis potestate idem coram eis actitare cœperunt.

Resp. Posui adiutorium.*Lectio vj.*

CVM autem multæ vigerent hæreticorum sectæ, eas publicè, & priuatim, cœpit, & scriptis, & sermonibus insectari, atque destruere, & inter cæteros Fortunatū Marichææ hæresis præcipuum disseminatorem (egre licet ad confictum venientem) suorum precibus, & instantia victum in publico omnium conuentu irasperauit, vt deinceps confusione affectus, nunquam ad eam ciuitatem reddere ausus fuerit. Ac sic per memoratum Dei hominem Augustinū ab omnium cordibus error ille ablatus, catholica est intimata, ac comperita sincera Religio.

Resp. Ille est.

IN III. NOCTVRNO.

Lectio S. Euangelij secundum Matthæum.

Lectio vij.

IN illo tempore: dixit Iesus Discipulis suis: vos estis sal terræ: quod si sal euauerit, in quo salietur? Et reliqua.

De homilia S. August. Episcop.

SVb modio ergo lucernā ponit, quisquis lucē bonæ doctrinæ cōmodis tēporalibus obscurat, & tegit: Super candelabrum autem, qui corpus suum ministerio Dei subiicit: vt superior sit prædicatio veritatis, & inferior seruitus corporis. Per ipsam tamen corporis seruitu-

tem excelsior luceat doctrina, quo per officia corporalia, id est, per vocem, & linguam, & cæterose corporis motus in bonis operibus insinuat, etiam discantibus.

Resp. Amavit eum.

Lectio viij.

Super candelabrum ergo ponit lucernam, cum dicit Apostolus: nõ sic pugno tanquã aerem cædens, sed castigo corpus meum, & seruituti subijcio, ne forte alijs prædicans, ipse reprobatus inueniatur. Quod verò ait, vt luceat omnibus, qui in domo sunt: domum puto dictam habitationem hominum, id est ipsam mundum, propter id, quod superius ait: vos estis lux mundi. Aut si domum quisquam vult accipere Ecclesiam, ne hoc est absurdum.

Resp. In medio Ecclesiæ.

Lectio ix.

Sic luceat, inquit, lumen vestrum coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificet patrem vestrum, qui in coelis est. Si tantummodo diceret, sic luceat lumen vestrum coram hominibus, vt videant bona facta vestra, finem constituisse videretur in laudibus hominum, quas quærent Hipocrite, & qui ambiunt ad honores, & captant inanisimam gloriã, contra quos dicitur. Si adhuc hominibus placerem, Christi

seruus non essem, & per Prophetam, qui hominibus placet, confusi sunt, quoniam Deus nihil fecit illos.

SEPTEMBER.

Die I. Septembris.

Quinta die infra Octauam sancti Augustini.

IN II. NOCTVRNO.

De vita sancti Augustini Episcopi.

Lectio iiij.

Augustini virtutibus, ac pietate, & doctrina commoratus Valerius, cū præferim se infirmum valde, ac senem videret, timeretq; ne ab alijs præriperetur Ecclesijs, quod & factum aliquando fuisset, nisi hoc cognito ipse Episcopus eum succedere, ac delitescere (ita vt minime ab inquitentibus inueniretur) fecisset, eum Episcopalis officij adiutorem sibi, impetrato ad id Primatus totius Africæ Carthaginensis Episcopi rescripto, adhibuit: Episcopatum tamen suscipere contra morem Ecclesiæ, suo viuente pastore, presbyter Augustinus recusabat: dumque id fieri solere ab omnibus suaderetur, atque id ignaro, transmarinis, & Africanis Ecclesiæ exemplis probaretur, compulsus, atque coactus succubuit, & Episcopatus curam, & maioris loci ordinatorem suscepit.

Resp. Inueni David.

Lectio

Lectio 7.

E piscopatu; itaque suscepto humanitatem assiduam cu omnibus semper exercuit, & in sua Episcopali domo monasterium habere voluit clericorum, vbi cum eis viuere cepit secundum regulam sub sanctis Apostolis constitutam, præsertim vt nemo in illa societate quidquam proprium possideret, sed essent illis omnia cõmunia, quod iam ipse prius fecerat cum in eremo cum Dei seruis moraretur, & cum de Trasmarinis ad propria remeasset. Verbum autem Dei multo instantius, ac feruentius maiori auctoritate, non in vna tantum regione, sed vbi cumque rogatus venisset, alacriter, ac suauius, pullulante, atque crescente Dei Ecclesia prædicabat: paratus semper poscentibus reddere rationem de fide, & spe, quæ cū Deo est. *Resp.* Posui adiutoriũ.

Lectio 8.

Avgustinus idic̃ta, atque accepta maximè Donatistæ in eadem Hypponensi, vel vicina manentes ciuitate ad suos Episcopos deferebant, quæ cum audissent, & contra aliquid dicerent, aut à suis refellebantur, aut eadem res ad ipsum Augustinum deferrebat: cui facile cum Dei adiutorio satisfacerebat: ostendens verum esse, & manifestum, quod de fide Ec-

clesia Dei tenet, & docet. Et hæc diebus, ac noctibus ab eodem iugiter agebantur. Epistolas etiam priuatas ad omnes eiusdem erroris Episcopos, & eminentes laicos dedit, ratione reddita admonens, atque exhortans vt vel ab illa se prauitate corrigerent, vel certe ad disputationes venirent: illi vero irati furiosa loquebantur, atque seductorem, deceptoremque animarum Augustinum esse, & priuatum, & publice conclamabant. *Resp.* Iste est.

IN III. NOCTVRNO.

Lect. S. Euang. secund. Matth.

Lectio 9.

In illo tempore: dixit Iesus discipulis suis: vos estis sal terræ: quod si sal euauerit, in quo salietur? Et reliq.

De Hom. S. August. Episc.

Non ergo tantum dixit, vt videant opera vestra bona; sed addidit, & glorificent patrem vestrum, qui in caelis est; vt hoc ipsum quod homo per bona opera placeat hominibus, non ibi finem constituat, vt hominibus placeat, sed referat hoc ad laudem Dei: & propterea placeat hominibus, vt in illo glorificetur Deus. Hoc enim laudantibus expediat, vt non hominem sed Deum honorent, sicut in ipso homine, qui portabatur Dominus ostendit: vbi admirata sunt turbæ (paralytico iana-

sanato) virtutes eius, sicut in Evangelio scriptum est, timuerunt, & glorificauerunt Deum, qui dedit potentiam talem hominibus. Cuius imitator Apostolus Paulus dicit: tantum autem audientes erant: quoniam qui aliquando nos persequebatur, nunc Euangelizat fidem, quam aliquando vastabat, & in me glorificabant Deum. *Resp.* Amavit eum.

Lectio viij.

Postquam ergo cohortatus est audientes, ut se prepararent ad omnia sustinenda pro veritate, atque iustitia, & non absconderent bonum, quod accepturi erant, sed ea beneuolentia discerent, ut ceteros docerent, non ad laudem suam, sed ad gloriam Dei, bona sua opera referentes: incipit eos iam informare, & docere, quid doceant, tanquam si quærerent, dicentes, ecce volumus omnia sustinere pro tuo nomine, & doctrinam tuam non abscondere: Sed quid est hoc ipsum, quod veras abscondi, & pro quo iubet omnia tolerari? Nunquid aliud dicis? Curus es contra ea, quæ in lege scripta sunt? Non inquit. *Resp.* In medio.

Pro S. Agidio Abb. Lectio 9. ut in Breviario.

Die II. Septembris.

Sexta die infra Octauam.

Devota S. Augustini Episcopi.

Lectio iij.

ADuersus Pelagianistas, quoque novos nostrorum temporum hæreticos, & disputatores calidos, arte magis subtili noxia scribentes, & vbiicumque poterant publice, & per domos loquētes per annos ferme decē Augustin⁹ laborauit, librorum volumina condens, & edens, & in Ecclesia populis de eodem errore frequentissime disputans. Et quoniam iisdem peruersi Sedi Apostolicæ per suam ambitionem, eandem perfidiam persuadere conabantur, instantissime etiam à Concilijs Aphricanis sanctorum Episcoporum gestum est, ut S. Papæ Urbis Romæ, & prius Venerabili Innocentio, & postea Sancto Zozimo eius successori persuaderetur, quod illa secta à Catholicis fide aliena, & abominanda, & damnanda fuisset. At illi tantæ sedis antistites, suis diuersis temporibus eosdem notantes, atque à membris Ecclesiæ præsidentes, datis literis ad Aphricanas Orientis, & Occidentis Ecclesias, eos anathematizandos, & deuitandos ab omnibus catholicis censuerunt. *Resp.* Inueni David.

Lectio v.

ET hoc tale de illis Ecclesiæ Catholicæ prolatum iudicium, etiam piissimus Imperator Honorius audiens, ac sequens,

quens, suis eorum legibus damnatos inter hereticos haberi debere conlultuit. Pauperum semper memor erat, eis que inde erogabat, vnde, & sibi, suisque omnibus secum habitantibus erogabatur, hoc est, vel ex redditibus possessionum Ecclesie vel etiam ex oblationibus fidelium, & dum Ecclesie pecunia deficeret, hoc ipsum populo Christiano denuntiabat, se non habere quod indigentibus ministraret. Nam & sacra vassa propter captiuos, & indigentes frangere, & conflare iubebat, & eis dispensare. *Resp.* Potui adiutorium.

Lectio vj.

Hoc ipsum etiam venerabilis memorie Ambrosius Indubitanter esse faciendum, & dixit, & scripsit Sed & deneglecto à fidelibus gazophilazio, & secretario vnde altari necessaria inferuntur, aliqua in Ecclesia loquens admonebat. Quod etiam Beatissimum Ambrosium se presente in Ecclesia tractauisse retulerat; in ijs autem, quæ Ecclesia habebat, & possidebat intentus amore, vel implicatus cupiditate, minime erat: sed maioribus rebus magis & spiritibus suspensus, & inhaerens, vix se ipsum ad ista temporalia ab æternorum cogitatione relaxabat, & deponebat; sed recursum ad interiora mentis, & superio-

ra faciebat, quo vel de inueniendis rebus cogitaret, vel de iam inuentis aliquid dictaret, aut certe ex iam dictatis, atque tractatis aliquid emendaret, & id agebat in die laborans, & in nocte lucubrans. *Resp.* Ille est.

IN III. NOCTVRNO.

Lectio sancti Euangelij secundum Matthæum.

Lectio vij.

In illo tempore: dixit Iesus discipulis suis: vos estis sal terræ quod si sal euauerit, in quo salietur? Et reliqua.

De Homilia S. Augustini.

Nolite enim putare, quoniam niam veni soluere legem, aut Prophetas: non veni soluere, sed adimplere. In hac enim sententia, sensus duplex est, secundum vtrumque tractandum est. Nam quod dicit, non veni soluere, sed adimplere, aut addendo dicit, quod minus habet: aut faciendo quod habet. Illud ergo prius consideremus, quod primo posui. Nam qui addit, quod minus habet, non utique soluit, quod inuenit, sed magis perficiendo confirmat: & ideo sequitur, & dicit: Amen dico vobis donec transeat cælum, & terra, iota vnum, aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant. *Resp.* Amavit.

Lectio viij.

Dum enim fiunt etiam illa, quæ adduntur ad perfectionem,

tionem, multo magis fiunt illa, quæ permiffa sunt ad inchoationem. Quod autem, ait, iota vnum, aut vnus apex non transibit à lege, nihil potest aliud intelligi, nisi vehemens expressio perfectionis, quæ per literas singulas demonstrata est inter quas literas, iota minor est cæteris, quia vno ductu fit; apex autem est etiam ipsius aliqua in summo particula. Quibus verbis ostendit in lege, ad effectum etiam minima quæque produci. *Resp.* In medio.

Lectio jx.

DEinde subiecit, qui enim soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cælorum. Mandata ergo minima significantur per vnum iota, & vnum apicem. Qui ergo soluerit, & docuerit sic, id est secundum id, quod soluit, non secundum id quod inuenit, & legit, minimus vocabitur in regno cælorum, vbi nisi magni esse non possunt. Qui autem fecerit, & docuerit sic, id est, qui non soluerit, & docuerit sic, secundum id, quod non soluit, magnus vocabitur in Regno cælorum. *Te Deum.*

Die III. Septembris.

Septima die infra Octauam S. Augustini.

De vita sancti Augustini Episcopi.

Lectio jv.

AVgustini vestes, & calcamenta, & lectualia, ex moderato, & competenti habitu erant, nec nitida nimium, nec abiecta plurimum: quia ijs pierumque, vel iactare insolenter homines solent, vel abijcere ex vtroque: non quæ Iesu Christi, sed quæ sua sunt querentes. Sed medium tenebat, neque in dexteram neque in sinistram declinans. Mensa vsus est frugali, & parca, quæ quidem inter cætera, & legumina etiam carnes aliquando propter hospites, vel quosque infirmiores continebat. Vino quoque utebatur, quamuis modice, & temperanter: quia nouerat, quod omnis creatura Dei bona sit, & nihil abiiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per verbum Dei, & orationem.

Resp. Inueni David.

Lectio v.

Hospitalitatem etiam semper exhibuit, & in ipsa mensa magis lectionem, vel disputationem, quam epulationem, potationemque diligebat, & contra humanam fragilitatis prauam consuetudinem in ea ita scriptum habebat: quisquis amat dictis absentium redere vitam, hanc mensam, indignam nouerit esse sibi: & ideo conuiuas, & cæteros anoxijs, & superfluis

fluis fabulis, & detractionibus se fe abstinere debere, charitatis spiritu admonebat.

Resp. Posui adiutorium.

Lectio vij.

VNde quosdam suos familiarissimos coepiscopos illius Scripturæ oblitos, & contra eam loquentes, tam asperè aliquando reprehendit commotus, ut diceret, aut delendos esse illos demensa versus, aut se de media refectioe ad suum cubiculum surreturum. In visitationibus verò modum tenebat ab Apostolo diffinitum, ut non nisi pupillos, & viduas in tribulatione constitutas visitaret, & si forte ab ægrotantibus peteretur, ut pro eis in presenti Deum rogaret, eisque manus imponeret, sine mora pergebat.

Resp. Iste est.

IN III. NOCTVRNO.

Lectio sancti Evangelij secundum Matthæum.

Lectio vij.

IN illo tempore dixit Iesus discipulis suis: vos estis sal terræ, quod si sal euauerit, in quo salietur? Et reliqua.

De Homilia sancti Augustini
Episcopi.

DIco enim vobis, quia nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum, & Phariseorum, non intrabitis in regnum cælorum, idest, nisi

non solum illa minima legis præcepta impleueritis, quæ inchoant hominè, sed etiam ista, quæ à me adduntur, qui non veni soluere legem, sed adimplere, non intrabitis in regnum cælorum: Sed dicis mihi, si de illis mandatis minimis, cum superius loqueretur, dixit minimum vocari in regno cælorum, quisquis vnum eorum soluerit, & secundum suam solutionem docuerit: magnum autem vocari, quisquis ea fecerit, & sic docuerit, & ex eo iam in regno cælorum futurum esse, qui magnus est: quid opus est addi præceptis minimis, si iam in regno cælorum potest esse, quia magnus est, quisquis ea fecerit, & sic docuerit?

Resp. Amauit eum Dominus.

Lectio viij.

QVa propter sic est accipienda illa sententia, qui autem fecerit, & docuerit sic, magnus vocabitur in regno cælorum, idest, non secundum illa minima, sed secundum ea, quæ ego dicturus sum. Quæ autem sunt ista? ut abundet iustitia, inquit, vestra super Scribarum, & Phariseorum, quia nisi abundauerit iustitia, non intrabitis in regnum cælorum. Ergo, qui soluerit illa minima, & sic docuerit, minimus vocabitur: qui autem fecerit illa minima, & sic docuerit, non iam

magnus habendus est, & idoneus regno cœlorum, sed tamen non tam minimus, quam ille, qui soluit. Vt autē sit magnus, atque illi regno aptus, face re debet & docere, sicut Christus nunc docet, id est, & abundet iustitia eius, super Scribarum, & Phariseorum.

Resp. In medio Ecclesiæ.

Lectio ix.

Iustitia Phariseorum est, ut non occidant; iustitia eorum, qui intraturi sunt in regnum cœlorum, ut non irascantur sine causa. Minimum est ergo non occidere, & qui illud soluerit, minimus vocabitur in regno cœlorum. Qui autem illud impleuerit, ut non occidat non continuo magnus erit, & idoneus regno cœlorum, sed tamen ascendit aliquem gradum: perficietur autē, si nec irascatur sine causa. Quod si perfecerit, multo remotior erit ab homicidio. Qua propter, qui docet, ut non irascamur: non soluit legem ne occidamus, sed implet potius, ut & foris dum non occidimus, & in corde dum non irascimur, innocentiam custodiamus. *Te Deum.*

Die IIII Septembris.

In Octaua Sancti Augustini Episcopi, & Confess. Omnia ut in

die præter lectiones secundi nocturni, quæ sunt de Scriptura.

OCTOBER.



Estum Sacratissimi Rosarij, quod debet ubique & perpetuo celebrari in ijs Eccle-

sij, in quibus adest Altare, seu Capella Rosarij B. Mariæ Virginis sub duplici maiori officio, in prima Dominica Octobris, quæ scilicet, occurrit in Kalendis, vel post Kalendas, ex Decreto Gregorij XIII. die prima Aprilis 1573.

Omnia ut in Dedicatione S. Mariæ ad Nives, cum lectionibus secundi nocturni de die Natiuitatis B. Mariæ, mutato verbo natali, in Solemnitate.

✠ Quando festum Sancti Francisci cum Dominica primæ Octobris occurrit, celebratur in Matrice dictum festum, eo quod sit primæ classis. Et festum Rosarij transferretur in primam diem, non impediam cum officio nouem lectionum.

Die IIII. Octobris.

In festo S. Francisci Confess. duplex primæ classis. Omnia ut in Breviario.

In Missa Conuentali, dicitur Credo.

NOVEMBER.



ESTVM Pa-
trocinij B.
Mariæ Vir-
ginis, ex cõ-
cessione S.
D. N. Ale-
xãdri VII.
celebratur

in Regnis Hispaniæ in vna die-
rum huius mensis Nouembris
(ab Ordinarijs locorum assign-
nanda singulis annis) sub ritu
duplici. Officium, & Missa, vt
in festo S. Mariæ ad Nives die
5. Augusti, exceptis lectioni-
bus secundi noct. quæ sumuntur
ex 5. die Natiuit. B. Mariæ;
Dei filius, 12. Septembris. In
Missis dicitur Credo.

✠ **C**onceditur Indulgentia
plenaria, & remissio
omnium peccatorum assisten-
tibus Missæ principali, dummodo
confessi, & communicati sint, &
orent pro Concordia Christianorum
Principum, Extirpatione heresum,
& Exaltatione S. Matris Eccle-
siæ.

Die XII. Nouembris.

In festo Translationis B. Petri E-
piscopi, & Confess. & Patr. ni du-
plex. Omnia vt in comm. Confess.
Pont. exceptis, quæ sequuntur.

Oratio. Exaudi quæsumus,
in qua, loco verbi solemnitate, di-
catur translatione.

In primis Vesperis commemoratio
sancti Marini Episcopi.

In 1. Noct. Lectiones de Epistola
B. Pauli: Fidelis sermo. vt in
communi.

IN II NOCTVRNO.

Lectio. iij.

Beatò Petro Palentiæ vita
functo, eius corpus eo tẽ-
pore delatum est Oxomã, quo
propter frequentes Maurorum
irruptiones vix credi posset, tu-
to deferri posse. Sed Dei boni-
tate factum est, vt nulla vi ho-
stium, neque incurfione impe-
diretur, quominus tuto deferre-
tur. Quod idem Petrus dum vi-
ueret, Episcopo Palentino de
translatione dubitanti, præ-
dixerat: & in sua Cathedrali
Ecclesia, quam præclare vt bo-
nus Pastor gubernauerat, hono-
rifice sepultum est. Deinde e res-
cente miraculorum gloria, de
humili loco vbi iacebat ex ra-
ctum in capella, quæ nunc Re-
surrectionis dicitur, supra Alta-
re in sepulchro lapideo opti-
mè elaborato, collocatum est.
Postremo in insignem capel-
lam ipsi Beato Petro Patrono
dicatam, aspectu, & pulchritu-
dine singuarem, columnis, sca-
lis ex vtraque parte, & alijs op-
timi iaspidis ornamentis mirifi-
cè extractam, anno Domini
millesimo quingentesimo quin-
quagesimo primo, Petro de
Acosta præfule magno populi

concurſu, & lætitiâ translatum, miraculis clarum ſumma eiufdem populi, & totius Epifcopatus religione, & deuotione colitur.

Reſp. Inueni.

Lectio 5. & 6. de Sermone Sancti Maximi Epifcopi, vt in comm. & ubi dicitur: Cuius hodie feſta celebramus, dicatur. translationem.

IN III. NOCTVRNO.

Homilia in Euang. Homo quidam peregre proficiſcens, vt in *comm. i.*

Die XX. Nouembris.

In feſto Dedicacionis Eccleſiæ Oxomensis duplex primæ claſis, Omnia vt in comm. Dedicacionis, exceptis quæ ſequuntur.

IN I I. NOCTVRNO.

Lectio iiii.

Oxomensis Eccleſiæ primæua fundatio, & creatio vetuſtiſſima eſt, ita vt eius originis certus, & diffinitus annus ignoretur. illud tamen certo conſtat, eſſe ex primis, & antiquiſſimis Eccleſiis, quæ vel ab Apollolis, vel ab eorum proximis ſucceſſoribus in Hispania fundatæ ſunt. Necnon Epifcopalis antiqua ſedes, quæ ſuos fines amiſſerat, recepit Conſtantini tempore, anno trecentimo vigefimo quarto: & Tolerani Metropolitanæ Eccleſiæ adſcripta. Vnde verè, & faci-

lè colligere licet, muſiſ ante annis Oxomensem Eccleſiam fuiſſe inſtitutam, atque fundatam.

Reſp. Orantibus.

Lectio v.

Huius vetuſtatis, cauſa, & longiſſimi temporis decurſu trecentorum viginti plus minus annorum, quibus Oxomensis Eccleſia, poſt occupatam à Mauris, & Saracenis Hispaniam, paſtorum ſolatio, & præſentia, deſtituta, & orbata manſit: prima ipſius Eccleſiæ dedicatio penitus ignoratur. Sed Dei miſeratione, Oxoma, Toledo, & alijs multis Hispaniæ ciuitatibus, terris que, armis Alphonſi Sexti Hispaniarum Regis ab eorum Tyrânide vindicatis, primus Beatus Petrus Bituricensis, è Gallia, Epifcopus Oxomensis creatur, anno Domini milleſimo centefimo primo: cuius tantus fuit ardor religionis, vt deletiſſimorum ſuperſtitionibus, Eccleſiam tanti temporis decurſu collapſam, mirificè reſecerit, & in priſtinum ſtatum cum ingenti breuitate reſtituerit

Reſp. O quam metuendus.

Lectio vi.

Reſtitutam Eccleſiâ cum ingenti gaudio, & coram magna fidelium ſeruorum vtriuſque ſexus multitudine, pius ipſe Paſtor Deo in honorem Beati

Beate Mariæ, S. Ioannis Baptistæ, SS. Apostolorum Petri, & Pauli, necnon Sæcti Augustini, duodecimo Kalendas Decembris dedicauit. Quam modis omnibus, quibus potuit, quoad uixit mirificè illustrauit. Eam præterea successores pijsissimi, & veri pastores (quibus semper speciali Dei munere gubernata extitit) muneribus a riplissimis decorarunt: reliquias multas, & insignes sanctorum, tum è Romana ciuitate, tum etiam ex alijs Christiani orbis partibus inferentes: donis etiam multis, & singularibus illustrantes, in eam, quæ nunc extat pulchritudinem, Ecclesia peruenit: ita ut verè, & piè templum Dei, & domus Domini dici queat, ad inuocandum in ea nomen eius.

Resp. Mane surgens.

Die XXI. Nouembris.

In festo Præsentationis Beate Mariæ duplex. Omnia ut in Breuiario, cum commemoratione octauæ D. dicationis.

Die XXII. Nouembris.

In festo Sancte Cecilie uirg. & mart. semidupl. cum commemor. octauæ.

Die XXIII. Nouembris.

In festo S. Clementis Papæ, & mart. semidupl. cum commemor. octauæ.

Die XXIV. Nouembris.

Quarta die infra octauam D. dicationis, omnia ut in communi,

In secundis Vesperis omnia de Sancta Catharina, cum commemor. octauæ.

Die XXV. Nouembris.

In festo Sancte Catharine uirg. & mart. dupl. cum commemor. octauæ.

In secundis Vesperis comm. octauæ, & Sancti Petri Alexandrini.

Die XXVI. Nouembris.

Septima die infra octauam D. dicationis, omnia ut in communi, cum commemor. Sancti Petri Alexandrini, & nona Læctione ad Matut.

Die XXVII. Nouembris.

Octaua D. dicationis Ecclesie duplex. Omnia ut in die.

✠ **Q**uando Octaua D. dicationis Ecclesie Oxoniensis occurrit cum Dominica prima Aduentus, Vespere Sabbati recitari debent cum Psalmis Sabbati, à capitulo de Dominica prima Aduentus, & in fine additur commemoratio octauæ, ut in primis Vesperis festi. Ita decreuit sacra Rituum Congregatio 9. Decembris 1612.

Die VIII. Decembris.

In festo IMMACULATÆ CONCEPTIONIS B. Mariæ uirginis duplex.

Officium fit ut in Breuiario Romano.



Vid officium cum
Oclaua S. D. N.
Alexander VII. in

omnibus Regnis Hispaniarum, &
Indiarum Catholice Maestatis im-
perio subiectis, tum à Secularibus,
tum à Regularibus vtriusque se-
xus, qui ad horas Canonicas re-
citandas tenentur, de precepto re-
citari mandauit.

In secundis Vesperis fit com-
memoratio S. Leocadia virginis, &
martyris, & Aduentus.

Die IX. Decembris.

Fit de S. Leocadia virgine, & Mar-
tyre, dupl. cum commemoratione
Oclaua Conceptionis, & Ferie,
in Laudibus: & in secundis Vesp-
ris, cum commemoratione octa-
uæ, & Ferie, & Sancti Melchia-
des Papæ, & Martyris.

Die X. Decembris

Tertia die infra octauam Concep-
tionis Beate Mariæ.

In primo Nocturno leguntur le-
ctiones de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTVRNO.

De Sermone Sancti Augustini
Episcopi.

Serm. 18. de Sanctis in medio.

EXultat Maria, & Matrem
se lata miratur, & de Spi-
ritu Sancto se peperisse gaudet:
nec quia peperit innupta, terre-
tur: sed quia genuerit, cum exul-
tatione miratur. O semina super
feminas benedicta, quæ virum
omnino non nouit, & virum
tuo utero circumdedit! Cir-

cumdat virum Maria Angelo
fidem dando, quia Fleua perdi-
dit virum serpenti consentien-
do. O felix obedientia! O insig-
nis gratia! quæ dum fidem hu-
militer dedit coeli in se opifi-
cè corporauit. Hinc promeruit
gloriam, quæ ipsa post modum
hausit. Ecce, ait, ex hoc beatam
me dicent omnes generatio-
nes.

Resp. Conceptio gloriosæ.

Lectio v.

O Beata Maria, quis tibi dig-
ne valeat iura gratiarum,
ac laudum præconia rependere,
quæ singularia tuo assensu mû-
do succurristi perditio? Quasti-
bi laude s fragilitas humani ge-
neris persoluat, quo solo tuo cõ-
mercio recuperandi aditum in-
uenit? Accipe itaque quascum-
que exiles, quascumque meritis
tuis impares gratiarum actio-
nes, & cum susceperis vota, cul-
pas nostras orando excusa. Ad-
mitte nostras preces intra sacra-
rium exauditionis, & reporta
nobis antidotum reconciliatio-
nis.

Resp. Cum iucunditate.

Lectio vi.

Sit per te excusabile, quod
per te ingerimus: fiat impe-
trabile, quod fida mente posci-
mus. Accipe quod offerimus,
redona quod rogamus, excusa
quod timemus: quia tu es spes
vnica peccatorum. Per te spe-

ramus

ramus veniam delictorum, & in te beatissima nostrorum est expectatio prætorum. Sancta Maria, succurre miseris, iuua pusillanimes, refoue flebiles, ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto femineo sexu: sentiant omnes tuum iuuamen quicumque celebrat tuam sanctam Conceptionem.

Resp. Conceptio tua.

IN III. NOCTVRNO,

Lectio sancti Euangelij secundum Matthæum.

Lectio vj. Cap. I.

LIBER Generationis Iesu Christi, filij Dauid. Filij Abraham, Abraham genuit Isaac, Isaac genuit Iacob. Et reliqua.

Homilia sancti Hieronymi Presbyteri.

Lib. I. Comment. in Matth. in initio.

IN Isaia legitur: Generatio nem eius quis enarrabit? Nō ergo putemus Euāgelistā Prophetā esse cōtrarium, vt quod ille impossibile dixit affatu, hic narrare incipiat: quia ibi de generatione diuinitatis, hic de incarnatione est dictum. A carnalibus autem coepit, vt per hominem Deum discere incipiamus. Filij Dauid, filij Abraham. Ordo præposterus, sed necessario commutatus. Si enim primum posuisset Abraham, & postea Dauid, rursus ei repeten-

das fuerat Abraham, vt generationis series reueretur.

Resp. Beatam me dicent.

Lectio viij.

I Deo autem ceteris prætermisissis horum filium nuncupauit, quia ad hos tantum est facta de Christo repromissio ad Abraham. In femine, inquit, tuo benedicentur omnes gētes, quod est Christus. Ad Dauid: De fructu ventris tui ponam super iedem tuam. Iudas autem genuit Phares & Zarā de Thamar. Notandum, in genealogia Saluatoris, nullam sanctarum adumi mulierem, sed eas quas Scriptura reprehendit: vt qui propter peccatores venerat, de peccatoribus nascens, omnium peccata deleret. Vnde & in cōfrequentibus Ruth Moabitidis ponitur, & Berhsabee vxor Vriæ.

Resp. Felix namque es.

Lib. I. Comment. in Matth.

Lectio ix.

Iacob autem genuit Ioseph. Hunc locum obiecit nobis Iulianus Augustus dissonantiæ Euangelistarum, cur Euangelista Matthæus Ioseph dixerit filium Iacob, & Lucas eum filium appellari Heli. non intelligens consuetudinem scripturarum, quod alter sc̄cundum naturam, alter secundum legem ei pater fit. Scimus enim hoc per Moysen, Deo iubente præceptum, vt si frater, aut propinquus absque

que liberis mortuus fuerit, alius accipiat uxorem ad suscitandū semen fratris, vel propinqui sui. Ioseph virum Mariæ. Cum virum audieris, suspicio tibi non subeat nuptiarū: sed recordare cōsuetudinis scripturarū, quod sponsi viri, & sponsæ vocentur uxores. *Te Deum laudamus.*

In Laudibus fit commemoratio Ferie, & S. Melchiadis Papa, & martyris.

In secundis Vesperis à Cap. fit de S. Damaso Papa, & Confessore, cum commemoratione Octauæ Conceptionis, & Ferie.

Die XI. Decembris.

Fit de S. Damaso Papa, & Confessore. Semiduplex, cum commemoratione Octauæ Conceptionis, Ferie, in Laudibus.

In secundis Vesperis à Capitulo fit de Octaua Conceptionis Beate Mariæ, cum commem. S. Damasi, & Ferie.

Die XII. Decembris.

Quinta die infra octauam Conceptionis Beate Mariæ.

In primo Nocturno leguntur Lectionis de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTVRNO.

Sermo S. Bernardi Abbatis.

Serm. in cap. 12. Apoc. ante med.

Nouam fecit Dominus super terram, vt mulier circumdaret virum nec aliū quam Christum, de quo dicitur: Ecce vir, Oriens nomen eius. Nouum quoque fecit in cœlo, vt

mulier sole appareret amicta, denique, & coronauit eum, & vicissim ab eo meruit coronari. Egredimini filiæ Sion, & videte Regem Salomonem in die demate, quæ coronauit eum Mater sua. Verūm hoc aliās. Interim sane ingredimini magis, & videte Reginam in diademate, quo coronauit eam filius suus. In capite, inquit, eius corona stellarum duodecim.

Resp. Conceptio gloriosa.

Lectio v.

Dignum planè velliscoronari caput, quod & ipsi longè clarius micans, ornet eas potius, quam ornetur ab eis. Quid ni coronet sidera, quam Sol vestit? Sicut dies verni circumdabāt eam flores rosarum, & lylia conualium. Nimirum læua sponsi sub capite eius; & iam dextera illius amplexatur eam. Quis illas æstimet gemmas? Quis stellas nominet, quibus Mariæ regium diadema cōpactum est?

Resp. Cum iucunditate.

Lectio vj.

Quid ergo siderum micat in generatione Mariæ? Plane, quod ex regibus orta, quod ex semine Abrahamæ, quod generosa ex stirpe David. Si id parum videtur: adde quod generationi illi ob singulare priuilegium sanctitatis diuinis nōscitur esse cōcessa: quod longè

longe ante eisdem patribus ca-
lirus repromissa, quod mylticis
præfigurata miraculis, quod o-
râculis prænunciata prophetis.
Hanc enim Sacerdotalis virga,
dum sine radice floruit: hanc
Gedeonis vellus, dum in medio
siccæ aræ maduit: hanc in Eze-
chielis visione Orientalis por-
ta, quæ nulli unquam patuit,
præsignabat.

Resp. Conceptio tua.

IN III. NOCTVRNO.

Lectio sancti Euangelij secun-
dum Matthæum.

Lectio vij. Cap. i.

LIBER Generationis Iesu
Christi, filij Dauid, filij
Abrahæ. Abrahæ genuit Isaac.
Isaac autem genuit Iacob. Et re-
liqua.

De Homilia Sancti Hilarij
Episcopi.

Comment. in Matth. Can. 1.

Non refert, quis in originis
numero, atque ordine
collocetur, dum modo vniuer-
sorum familia cœpta esse intel-
ligatur ab vno. Itaque cum eiuf-
dem tribus sint Ioseph, & Ma-
ria, dum profectus esse ex Abra-
hæ genere Ioseph ostenditur,
profecta quoque docetur, &
Maria. Hæc enim in lege ratio
seruata est, vt si mortuus sine fi-
lij familia princeps esset, defun-
cti uxorem posterior frater eiuf-
dem cognationis actipere, sus-

ceptosq; filios in familiam eius,
qui mortuus esset, referret: ma-
neretque ita in primogenitis
successionis ordo, cum patris
eorum, qui post se nati essent,
aut nomine haberentur, aut ge-
nere.

Resp. Beatam me dicent.

Lectio vij.

Consequens illud est, vt
quia diximus secundum
rerum fidẽ generationis istius
ordinem, nec numero sibi, nec
successione cõstare, huius quo-
que rei ratio afferatur. Non e-
nim leuis causa est, vt aliud in
narratione sit, aliud fuerit in ge-
stis: & aliud referatur in sum-
mo, aliud vero teneatur in nu-
mero. Namque ab Abraham
vsque ad Dauid quatuordecim
generationes numeratæ sunt:
& à Dauid vsque ad transmigra-
tionem Babilonis, in quibus-
dam libris decem & septem de-
prehenduntur. Sed in hoc non
médacij, aut negligentia vitiũ
est. Tres enim generationes præ-
teritæ sunt. Nam Ioras genuit
Ochoziam: Ochozias vero ge-
nuit Ioam: Ioas deinde Ama-
siam: Amasias autem Oziam,
& in Matthæo Ioras Oziam ge-
nuisse scribitur, cum quartus ab
eo sit. Hoc ita, quia ex gentili fe-
mina Ioras Ochoziam genuit,
ex Acab, scilicet, qui Iezabel
habuit uxorem.

Resp. Felix namque,

Leclio ix.

Denique per Prophetam non nisi quarta generatione in throno regio Israelis quæquam de domo Achab esse futurum dicitur. Purgata igitur labe familiæ gētilis tribus, quæ præteritis iam regulis, in quarto generationum consequentiū ordine numeratur, & vsque ad Mariam generationis quatuordecim esse scribuntur, eum in numero decem & septem reperiantur, nullus error esse poterit scientibus, non eam solum esse Domino nostro Iesu Christo originem, quæ coepit ex Maria: sed in procreatione corporea: natiuitatis æternæ significantiam comprehendit.

Te Deum laudamus.

Vespere dicuntur de Sancta Lucia virgine, & martyre, cum commemor. Octauæ Conceptionis Beatæ Mariæ. & Ferie.

Die XIII. Decembris.

Fit de S. Lucia virgine, & martyre duplex, cum commemorat. Octauæ Conceptionis Beatæ Mariæ, & Ferie. Laudibus, & Vesperis.

Die XIV. Decembris.

Septimâ die infra Octauam Conceptionis Beatæ Mariæ.

In primo Nocturno, lectiones de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTVRNO.

Sermo S. Ioann. Chrysostomi. Apud Metaphrast.

Leclio iv.

DEI Filius, non diuitem, aut locupletem aliquam fœminam sibi matrem elegit, sed Beatam Virginem illam, cuius anima virtutibus ornata erat. Cum enim Beata Maria supra omnem humanam naturam castitatem seruaret, propterea Christum Dominum in utero concepit. Ad hanc igitur Sanctissimam Virginem, & Dei Matrem accurrentes, eius patrocinij vtilitatē assequamur. Itaque quacumque estis Virgines, ad Matrem Domini confugite. Illa enim pulcherrimam, preciosissimam, & incorruptibilem possessionem patrocinio suo vobis conseruabit.

Resp. Conceptio gloriosæ.

Leclio v.

Magnum reuera miraculum, fratres dilectissimi, fuit Beata semper Virgo Maria. Quid namque illa maius, aut illustrius vllō vniquam tempore inuentum est, seu aliquando inuenire poterit? Hæc sola coelum ac terram amplitudine superauit. Quidnam illa sanctius? Non Prophetæ, non Apostoli, non Martyres, non Patriarchæ, non Angeli, non Throni, non Dominationes, non Seraphim, non Cherubim, non denique aliud quidpiam inter cretas res visibiles, aut inuisibiles maius, aut excellentius

inueniri potest. Eadem ancilla Dei est, & Mater: eadem virgo, & genitrix.

Resp. Cum iucunditate.

Lectio vij.

HÆc eius Mater est, qui à Patre ante omne principium genitus fuit, quem Angeli, & homines agnoscunt Dominum rerum omnium. Vis nec cognoscere quanto Virgo hæc præstantior sit cœlestibus potèrijs? Illi enim timore, & tremore assisitat, faciem velantes suã, hæc humanũ genus illi offert, quem genuit. Per hanc, & peccatorum veniam consequimur. Aue igitur mater, cœlum, puella, virgo, thronus, Ecclesiæ nostræ decus, gloria, & firmamentum assidue pro nobis præcare Iesum Filium tuum, & Dominum nostrum, vt per te misericordiã inuenire in die iudicij, & quæ reposita sunt ijs, qui diligunt Deum, bona consequi possimus. gratia, & benignitate Domini nostri Iesu Christi: cum quo Patri simul, & Sancto Spiritui gloria, & honor, & imperium nunc, & semper in sæcula sæculorum Amen.

Resp. Conceptio tua.

IN III. NOCTVRNO.

Lectio Sancti Euangelij secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. I.

LIBER Generationis Iesu Christi, filij Dauid, Filij

Abraham: Abraham genuit Isaac: Isaac genuit Iacob. Et reliqua.

Homilia sancti Ioannis Chrysostomi.

Homil. 2. in Matth. post initium.

AVditu quidem mirabile est, quod ineffabilis, Deus, & qui nec sermonibus explicari potest, nec cogitationibus comprehendì, Patrique per omnia cœqualis, per Virginis ad nos venit vterum, & fieri ex muliere dignatus est, & habet progenitores Dauid, & Abraham: & quid dico Dauid, & Abraham? etiam illas, quod magis stupendum est, fœminas, quas paulo ante memorauit. Hæc igitur audiens mente confurge, nihilque humile suspicaris, sed potius propter hoc ipsum maximè mirare, quia cum verus, & dilectus Filius sit sempiterni Dei, etiam filius Dauid esse dignatus est, modo vt te filium faceret Dei, seruum patrè habere dignatus est, vt tibi seruo patrè faceret ipsam Deum.

Resp. Beatam me dicent.

Lectio viij.

Vides ab ipso statim principio, quam lata sint hæc nuntia. Quod si ambigis de his, quæ ad tuum spectant honorè, ab ijs, quæ illi sunt, etiam tua discere credere. Quantum enim consequi potest humana ratio,

multo est difficilior Deum hominem fieri, quam hominem Dei Filium consecrari. Cum ergo audieris, quia Filius Dei, filius sit & David & Abraham; dubitare iam desine, quod & tu, qui filius es Ade, futurus sis filius Dei. Non enim semetipsum ita humiliasset, nisi nos esset exaltaturus. Natus est enim secundum carnem, ut tu nascerere spiritu: natus est ex muliere, ut tu desineres filius esse mulieris.

Resp. Felix namque.

Lectio ix.

Propterea duplex facta generatio est, hæc scilicet, nostra similis, illa nostram eminenter excedens. Quod enim natus ex femina est, & nobis competit; quod vero non ex voluntate carnis, & viri, sed ex Spiritu Sancto, aliam nobis sublimiorem, futuramque, & Spiritu consequendam generationem promittit. Sed alia quoque omnia ex simili diversitate constabant. Nam & baptisma profecto tale suscepit, quod haberet quidam aliquid veteris, haberet & novi. Quod enim baptizatus est à Propheta, expressit vetus: quod autem descendit Spiritus, adumbravit novum.

Te Deum.

Vesperæ diei Octavæ Conceptionis Beate Mariæ. Omnia, ut in primis Vesperis Festi. Cum com-

mem. Fer. & S. Eusebii Episcopi, & Martyris.

Die XV. Decembris.

Octava Conceptionis Beate Mariæ. Duplex.

Lectioes primi Nocturni leguntur de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTVRNO:

De Expositione S. Gregorij
Papæ in libros Regum.

In I. Regum I. *Lectio iv.*

Fuit vir vnus de Ramathaim Sophim, de monte Ephraim. Forest montis nomine Beatissima semper Virgo Maria, Dei genitrix designari. Mons quippe fuit, quæ omnem electæ creaturæ altitudinem, electionis suæ dignitate transcendit. An non mons sublimis Maria, quæ ut ad Conceptionem Æterni Verbi pertingeret, meritum verticem supra omnes Angelorum choros, vsque ad solium Deitatis crexit? Huius enim montis præcellentissimam dignitatem Itaias vaticinans ait: Erit in nouissimis diebus preparatus mons domus Domini in vertice montium. Mons quippe, in vertice montium fuit, quia altitudo Mariæ supra omnes sanctos refulsit.

Resp. Conceptio gloriosæ.

Ex Epistola S. Leonis Papæ ad Pulcheriam Augustam.

Epist. 13. antemed.

Lectio

Lectio vii.

Sacramentum reconciliatio-
nis nostre ante tempora æ-
terna dispositum, nullæ imple-
bant figuræ: quia nondum su-
peruenerat Spiritus Sanctus in
Virginem, nec virtus Altissimi
obumbrauerat ei, vt & intra in-
temerata viscera, ædificante si-
bi Sapientia domum, Verbum
caro fieret, & forma Dei, ac for-
ma serui in vnam conueniente
personam. Creator temporum
nasceretur in tempore, & per
quem facta sunt omnia, ipse in-
ter omnia gigneretur. Nisi e-
nim nouus homo, factus in si-
militudinem carnis peccati no-
stram susciperet vetustatem, &
consubstantialis Patri, consub-
stantialis esse dignaretur, &
Matri, naturamq; sibi nostram
solus à peccato liber vniret, sub
iugo diaboli generaliter tene-
retur humana captiuitas.

Resp. Cum incunditate.

De Expositione Sancti Basilij
Episcopi in Isaiam Pro-
phetam.

In cap. 8. post initium.

Lectio vii.

Accepsi, inquit, ad Prophe-
tissam, in utero accepit,
& peperit Filium. Quod Maria
Prophetissa fuerit, ad quam
proximè accessit Isaias per præ-
notionem spiritus, nemo con-
tradixerit, qui sit memet ver-
borum Mariæ, quæ Prophetico

afflata spiritu; elocuta est. Quid
enim ait? Magnificat anima
mea Dominum, & exulta-
uit spiritus meus in Deo saluta-
ri meo; quia respexit humilita-
tem ancillæ suæ: ecce enim ex
hoc beatam me dicent omnes
generationes. Quod si animum
accommodaueris vniuersis ei-
us verbis, non vique contentiose
negaueris eam fuisse Prophetis-
sam, quod Domini spiritus in
eam superuenerit, & virtus Al-
tissimi obumbrauerit ei.

Resp. Conceptio tua.

IN III. NOCTVRNO.

Lectio Sancti Euangelij secun-
dum Matthæum.

Lectio vii. Cap. i.

LIBER Generationis Iesu
Christi, filij Dauid, filij
Abraham: Abraham genuit
Isaac: Isaac autem genuit Iacob.
Et reliqua.

De Homilia Sancti Ioannis
Chrysostomi.

Duo sunt, quæ pariunt
quæstionem Vnum, quæ
causa sit, vt in generationum ca-
thologo virgo sileat: alterum
verò, qua ratione Ioseph me-
moretur, & cui certè nihil cum
Christi generatione est com-
mune. Videtur enim, & vnam
abundare, & alterum deesse.
Quid ergo dicemus? Quod v-
que primum illud necesse fue-
rat memorari, quemadmodum

ex David Virgo descenderit. Vnde hoc itaque discemus? Audi ad Gabriel loquentem Dominum: Vade ad Virginem desponsatam viro, cui nomen Ioseph, ex domo, & familia David. Quid vis audire manifesti? cum ex domo, & familia David illam Virginem esse cognoscas?

Resp. Beatam medicent,

Lectio viij.

Non erat mos apud Hebræos generationum cathalogum per fœminas texere. Vt ergo, & morem custodiret, ne in ipso statim principio videretur antiqua destrucere; & nobis Virginem certius indicaret; parentes eius reticēs, atque maiores, de Ioseph generatione non tacuit: siuē enim hæc fecisset in Virgine, nouitatis non effugisset inuidiam. si uē Ioseph reticuisset, non agnossemus ex qua tribu Virgo subsisteret. Vt ergo, & nos discernemus, quæ esset Maria, vel vnde; & consuetudo legis permaneret immobilis, generationum cathalogum vsque ad sponsum eius perduxit, ac de domo illum David esse monstrauit.

Resp. Felix namque.

Lectio ix.

Hoc enim declarato; illud quoque pariter ostendit,

quod, scilicet, inde esset, & virgo, quia utique nequaquam iustus, iste pateretur vxorem sibi aliundē, quam vnde lex præcipiebat, eligere. Possumus verò aliam quoque, & altiore quid dem proferre rationem, ob quam parentes Virginis prætermissi sunt. Sed quæ ea est? Noluit Euangelista, recenti adhuc tempore noui illius, admirandique partus Iudæis esse manifestum, quod Christus natus fuisset ex Virgine. Neque proprius noster hic sermo est, sed à nobis de Patrum, atque insignium virorum traditione susceptus.

Te Deum Laudamus.

In Laudibus, fit commemoratio Ferie, & Sancti Euselij Episcopi, & Martyris, & in Vesperis commemoratio Ferie.

Die XVI. Decembris.

Hodie ad Laudes, & per horas dicuntur antiphonæ propriae ferie, in qua occurrit festum Expectationis Beate Mariæ, quod est 18. huius mensis ommissa 4. antiphona, cuius loco dicitur ea, quæ ad canticum ponitur in Psalterio. Antiphonæ verò, quæ dicende erant die 22. semper omittuntur, propter festum Imaginis Christi occurrens eo die.

Die XXII. Decembris.

In festo Passionis Imaginis Crucifixi duplex secundæ classis.

AD

AD VESPERAS

Añã. O magnum, eum reliquis, vt in Vesperis Exaltationis Sancte Crucis 14. Septembris.

ORATIO.

DEVUS, qui nos hodierna die Passionis Imaginis filij tui crucifixi annua solemnitate letificas: præsta quæsumus: vt cuius mysteriũ in terra cognouimus, eius redemptionis præmia in cælo mereamur. Per eundem.

Postea fit commemoratio Sancti Thom. Apostoli, & Aduentus.

Ad Matutinum, inuitatorium, Hymnus, & reliqua, vt in festo Exaltationis Sancte Crucis 14. Septembris.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iij.

AB antiquissimo tẽpore, cuius non extat memoria, in Ecclesia Oxomensi inter alia diuinitus eidem Ecclesiæ collata beneficia, insignis Sanctissimi Crucifixi extat effigies: quæ olim pro Ecclesiæ oportunitate alio in loco, nunc in propria capella (quæ etiam S. Dominici nuncupatur) iuxta Sacrarium, seu Capellam Thesauri honorifico ornatu collocata est. Huius Sanctissimi Imaginis, quæ omnibus eam conspicientibus, & ritè venerantibus cor contritum, & hu-

miliatum præparat, doloremque peccatorum inducit, mirabile memoria dignum mysteriũ hodierna die colitur, quod Augustino patria Numantino Oxomeni Præsule accidit. *Resp.* Nos autem gloriari.

Lectio v.

ANno namque Domini millesimo ducentesimo septuagesimo secundo, die vigesima prima Decembris (qui dies B. Thomæ Apostoli sacer est) quidam qui vice sacristæ tum temporis dictæ Ecclesiæ inseruiebat, gallum per Ecclesiam discurrentem, vt inde exiret insequabatur: Cumque gallus insequutus, vt fugeret, volare cœpisset, super caput Sanctissimi Crucifixi tandem requieuit: & cum dictus sacrista lapidem in gallum, vt inde abiret, non sine calore iracundiæ mitteret lapidẽ, non gallũ, sed imaginem Christi in fronte percussit. Quo facto subito verus sanguis à fronte imaginis usque ad subacellam dexteram veraciter fluxit, qui in vasculo vitreo reuerenter collectus, in capella Thesauri eiusdem Ecclesiæ, inter alias reliquias diligentissimè asseruatur.

Resp. Dum Sacrum.


Lectio vi.

Percussio ipsa, & sanguinis vestigium, modo quo re-

larum

latum est, in ipsa imagine durat
 usque in presentem diem, ut
 plurimos ipsius Ecclesie Capi-
 tulares, & Beneficiatos proprijs
 oculis vidisse, cum de biduo in
 biduo n, vel etiam quot annis,
 de mandato Capituli ad ipsam
 Imaginem abitergendam, &
 mundo lintamine cooperien-
 dam, reuerenter ascendunt, ma-
 nifestum est. Huius miraculi

grata memoria, ex tunc in pre-
 dicta Ecclesia hodierna die sin-
 gulis annis deuoté recolitur: &
 processionaliter dictus sanguis
 in vitreo valculo seruatus, vni-
 uerso Clero, & populo lætanter
 comitantibus circumfertur: ad
 Domini nostri Iesu Christi glo-
 riam, & circumstantium presen-
 tium, & futurorum utilita-
 tem. *Resp.* Hoc signum crucis.



OFFICIA

SANCTORVM BREVIARIO Romano addenda, ex mandato Summorum Pontificum.

Francisci Salesij Confessoris, Episcopi Gebennensis, semid. die 29. Ianuarij.

Petri Nolaschi Confess. Fundatoris Ordinis B. Mariae de Mercede, semidup. die 31. Ianuarij.

Andrea Corsinij Confess. Episcopi Fesulani, semidup. die 4. Februarij.

Vincentij Ferrerij Confessoris, Ordinis Prædicatorum, semidup. die 5. Aprilis.

Isidori Agricola Confessoris duplex, cum octava, die 15. Maij.

Bernardini Senensis Confessoris, semidup. die 20. Maij.

Impressio Sacrorum Stigmatum in Corpore Sancti Francisci, semidup. die 17. Septembris.

Thoma de Villanova Confessoris, Archiepiscopi Valentia, semidup. die 18. Septembris.

Francisci Xaverij Confess. semid. die 3. Decēbris.

Die XXIX. Ianuarij.

Lectio v.

In Ieslo S. Francisci Saleſij Epif-
copi, & Confessoris, semiduplex.

ORATIO.

DEus, qui ad animarum sa-
lutem Beatum Franciscum Confessorem tuum, atque Pontificem, omnibus omnia factum esse voluisti; concede propitius, vt charitatis tuæ dulcedine perfusi, eius dirigentibus monitis, ac suffragantibus meritis, aeterna gaudia consequamur. Per Dominum, &c.

*Lectioes primi Nocturni de
Scriptura occurrente.*

IN I. NOCTVRNO.

Lectio. iij.

FRANCISCUS in Oppido Saleſio, vnde familiae cognomen, pijs, & nobilibus parentibus natus, à teneris annis futurae Sanctitatis indicia præbuit, morum innocetia, & grauitate. Adoleſcens liberalibus disciplinis eruditus; mox Philosophiæ, ac Theologiæ Parisijs operam dedit, & ne quid sibi deesset ad animi culturam, Iuris vtriusque lauream summa cum laude Patuij obtinuit. In sacra æde Lauretana perpetuæ virginitatis votum, quod pridem Parisijs se obstrinxerat, innouauit: A cuius virtutis proposito nullis vnquam dæmonum fraudibus, nullis sensuum illecebris potuit dimoueri.

RECUSATA in Sabaudia Senatu amplissima dignitate, Clericali militia nomen dedit, tum Sacerdotio initiatus, & Genneuesis Ecclesiæ Praeposituram adeptus, eius muneris partes adè perfectè expleuit, vt eum Granerius Episcopus vindicandis ab hæresi Calviniana Chaballicensibus, alijsque Genueæ finitimis populis diuini verbi præconè destinaret. Quæ expeditionem alacri animo suscipiens, asperrima qua que perpeſsus est, sæpè ab hæreticis cõquisitus ad necem, varijsque calumnijs, & insidijs vexatus. Sed in re tot discrimina, & agones, insuperabilis eius constantia sæper enituit; Deique ope protectus septuaginta duo millia Hæreticorum ad Catholicam fidem reduxisse dicitur, inter quos multi nobilitate, & doctrina insignes numerantur.

Lectio vj.

MORTUO Granerio, qui eum sibi Coadiutorem decerni curauerat. Episcopus consecratus, Sanctitatis suæ radices circum quaque diffudit zelo Ecclesiasticæ disciplinæ, pacis studio misericordia in pauperes, omnique virtute conspicuus. Ad Diuini Cultus augmentum, nouum ordinem Sacramentalium institui, à Visitatione B. Virginis nuncupatum, sub re-
gula

gula Sancti Augustini, cui addidit constitutiones, sapientia, discretione, & suavitate mirabiles. Suis itaque scriptis, celestis doctrina refertis Ecclesiam illustravit, quibus iter ad Christianam perfectionem tutum, & planum demonstrat. Annum denique agens quinquagesimum quintum, dum est Gallia Annesium regreditur, post sacrum in die S. Ioannis Evangelistae Lugduni celebratum, graui morbo correptus, sequenti die migravit in caelum, anno Domini millesimo sexcentesimo vigesimo secundo. Eius Corpus Annesium (Cor verò tanquam in Galliam amoris ipsius insigne, apud Moniales visitationis Lugdunia servatur, vbi magnificè colitur) delatum, in Ecclesia Monialium dicti Ordinis honorificè conditum fuit, cepitque statim miraculis clarescere, quibus ritè probatis, ab Alexandro VII. Pontifice maximo in Sanctorum numerum relatus est, assignata eius festiuitati, die XXIX. Ianuarij.

In tertio Nocturno, Homilia in Euang. Homo peregre proficiscens, vt in comm. Conf. Pontif.

Missa decem. Conf. Pont. Statuit ei, cum orat. propria, & Euang. Homo peregre proficiscens.

Die XXXI. Ianuarij.

In festo Sancti Petri Nolasci Coniessoris semiduplex.

ORATIO.

DEVS, qui intus charitatis exemplum ad Fidelium Redemptionem, S. Petrum Nolasci, Ecclesiam tuam noua prole fecundare diuinitus docuisti; ipsius nobis intercessione concede, à peccati seruitute solutis, in coelesti Patria perpetua libertate gaudere. Qui viuus, &c.

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrere.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iij.

PETRVS Nolasci Recondi propè Carcaſonam in Gallia nobili genere natus, singulari erga proximum charitate excelluit; cuius virtutis praefigium fuit; quod cum adhuc in cunabulis vagiret infans, examen apum ad eum conuolauit, & fauam mellis in eius dextera construxit. Adoleſcens, parentibus orbatus, Albigenſium haeresim, quæ tunc in Galliâ graſſabatur, execrans; diuendito patrimonio in Hispaniam secessit, & apud B. Virginem Montis Serrati, votum, quo pridem se obſtrinxerat, exoluit. Tum Barcinonam pergens, cum Christi fidelibus ab hostium seruitute redimendis, omnem pecuniam consumpſiſſet, se ipsum pro ijs liberandis venum ire, aut in illorum vincula suffici, cupere dicebat.

Resp. Honestum fecit, &c.

Lectio v.

Quam gratum Deo fuerit hoc Sancti viri desiderium, subsequens declarauit euentus: Nam noctu oranti, & de Christianorum in captiuitate degentium subsidio, multa animo voluenti: Beata Virgo apparens; filio suo, sibi que acceptissimum fore suggestit; si ad sui honorem Religiosorum Ordo institueretur, quibus precipue esset cura, captiuos ab Infidelium tyrannide liberare. Huic coelesti monito illico obtemperas, vna cum Sancto Raymundo de Pegnafort, & Iacobo I. Rege Aragoniae de eadem re à Dei Genitrice ipsa nocte praemonitis, Religionem Beatae Mariae de Mercede Redemptionis Captiuorum instituit; Sodalibus suis quarto voto obstrictis: manendi in pignus sub Paganorum potestate, si, pro Christianorum liberatione, opus fuerit.

Resp. A manit eum Dominus.

Lectio vi.

Editovirginitatisvoto, illibatam perpetuo castitatem seruauit. Patientia, Humilitate, Abstinencia, ceterisque virtutibus mirabiliter enituit. Prophetiae dono illustris, futura praedixit, inter quae maximè celebratur: Quod Iacobus Rex Va-

lenciam Mauris occupatam expugnauerit, accepta prius ab eo obtinendae victoriae securitate. Angeli Custodis, ac Deiparae Virginis frequenti apparitione recreabatur. Senio tandem confectus, de imminente morte certior factus, in morbum incidit, Sanctisque refectus Sacramentis, fratres suos ad charitatem erga captiuos cohortatus, & Psalmum, Confitebor tibi Domine in toto corde meo, deuotissimè recitans, ad illa verba: Redemptionem misit Dominus populo suo, spiritum Deo reddidit medianocte vigiliae Natiuitatis Domini, anno millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto. Cuius festiuitatem Alexander Septimus die trigesima prima Ianuarij celebrari praecipit.

Resp. Iste homo.

In tertio Nocturno. Euangelium: Nolite timere pusillus grex, &c. *cum Homil. B. Bedae, Presb. ut in eorum Conf. non Pont.*

Missae. Iustus vt palma floret, &c. *de cœmuni Conf. non Pont.*

Oratio. Deus, qui in tua, &c. *vt supra.*

Euangelium: Nolite timere pusillus grex, &c. *Reliqua vt in eadem Missa: Iustus, vt palma, &c.*

Die IV. Februarij.

In festo S. Andreae Corsinij, Episcopi, & Confessoris, semiduplex.

ORA-

ORATIO.

DEVS plebis tuæ miserator, cui Beatus Andreas Pontifex abdicato sæculi fastu, liberiori placuit ministerio, da quæsumus Pastoris sui solemniam, recensenti eius non destitui suffragio, cuius confidit meritæ restituatur gratior maiestati. Per Dñm nostrum, &c.

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente.

Lectio iv.

ANdræam Florētiam ex nobili Corsinorum familia natum parentes precibus à Deo impetrarunt, & Beatæ Virgini spopoderunt. Qualis autem futurus esset, diuino præfagio, ante quam nasceretur, ostensum est; nam Mater grauida sibi visa est per quietem lupum edidisse, qui ad Carmelitarum ædem pergens in ipso templi vestibulo statim in agnum conuersus est. Adolefcentis piæ, & ingenuæ educatus, cum sensim ad vitia declinaret, sæpè à matre increpatus fuit. Vbi autem cognouit se parentū voto Deiparæ Virgini dicarum fuisse, Dei amore succensus, deque visu Matris admonitus, Carmelitarum institutum amplexus est, in quo varijs tentationibus à dæmone vexatus, nunquam tamen potuit à Religionis proposito dimoueri. Mox Lute-

tiam missus e menso studiorum curriculo, & laurea donatus in patriam reuocatur, sui que Ordinis regimini in Heutruicia præficitur.

Lectio v.

INterea Fesulana Ecclesia suo viduata Pastore, eum sibi Episcopum elegit, quo munere se indignum æstimans, diu latuit ignotus, donec paerivoce mirabiliter loquentis proditus, & extra Urbem inuentus, ne diuinæ contradiceret voluntati Episcopatum suscepit. Ea dignitate auctus, humilitati, quam semper coluerat, impensius incubuit, & pastoralis sollicitudini misericordiam in pauperes, liberalitatem, Orationis assiduitatem, vigilias, aliasque virtutes adiunxit, & spiritu etiam prophætico clatus fuit, adeo ut eius sanctitas ab omnibus celebraretur.

Lectio vi.

HIS per motus Urbanus V. ad sedandas Bononiæ turbas ANDRÆAM legatum misit, quo in munere multa percellus Ciuium odia, quæ ad interuersionem exarserant, summa prudentia restrinxit, tum restituta tranquillitate ad propria reuersus est. Nec multo post assiduis laboribus, & voluntaria carnis maceratione cōfectus, obitus die à Beata Virgine sibi prædicto, ad celestia reg-

na migravit, anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo tertio, ætatis suæ septuagesimo primo. Quem Urbanus Octavus multis, magnisque miraculis clarum Sanctorum numero adscripsit. Eius Corpus Florentiæ in Ecclesia sui Ordinis quiescit, & maxima Civium veneratione colitur, quibus nõ semel in presenti discrimine præsidio fuit.

In tertio Nocturno, Euang. Homo peregrè proficiscens.

Homilia Sancti Gregor. Papæ, de Commun. Conf. Pont.

Missæ de Comm. Confess. Pontif. Statuit. Prima Oratio, vsupra, reliqua de eodem communi.

Die V. Aprilis.

In festo S. Vincentij Ferrerij Confessoris semiduplex.

ORATIO

DEVs, qui Ecclesiam tuam Beati Vincentij Confessoris tui meritis, & prædicatione illustrare dignatus es: concede nobis famulis tuis, vt & ipsius instruamur exemplis, & ab omnibus eius patrocinio liberemur aduersis. Per Dominum nostrum, &c.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente. Si vero in Quadragesima: Beatus vir, qui inuentus est sine macula, de Comm. Confess. non Pontif.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iiii.

Vicentius honesta stirpe Valentia in Hispania natus ab ineunte ætate corgessit senile. Qui dum caliginosi huius sæculi labilem cursum pro ingenij sui modulo consideraret, Religionis habitum in Ordine Prædicatorum decimo octavo ætatis suæ anno suscepit, & emissa solemnè professione sacris litteris sedulo incumbens, Theologiæ lauream summa cū laude consecutus est. Mox obtentâ à Superioribus licentiâ Verbum Dei prædicare, Iudæorum perfidiam arguere, Saracenorum errores confutare, tanta virtute, & efficacia cœpit, vt ingentem ipsorum infidelium multitudinem ad Christi fidem perduxerit, & multa Christianorum millia, à peccatis ad poenitentiam, à vitijs ad virtutem reuocavit. Electus enim à Deo, vt monita salutis in omnes gentes, tribus, & linguas diffunderet, & extremi tremædique iudicij diæ appropinquare ostenderet, omnium auditorum animos errore cœcissos, atque à terrenis affectibus auulsos ad Dei amorè excitabat.

Lectio v.

IN hoc autem Apostolico munere hic vitæ eius tenor perpetuus fuit. Quotidie Missâ summo mane cum cantu celebravit,

brauit, quotidie ad populum concionem habuit, inuolabile semper ieiunium, nisi virgens ad efferne necessitas seruauit, Sancta, & recta consilia nulli denegauit, carnes nunquam comedit, nec vestem lineam induit, populorum iurgia sedauit, dissidentia Regna pace composuit & cum vestis inconfutillis Ecclesie dico schismate scinderetur, vt vniretur, & vnita seruaretur, plurimum laborauit Virtutibus omnibus claruit suosque detractores, & persecutores in simplicitate, & humilitate ambulans, cum mansuetudine cepit, & amplexus est.

Lectio vij.

PER ipsum diuina virtus, in confirmationem vitæ, & prædicationis eius, multa signa, & miracula fecit Nam frequentissime super egros manus imposuit, & sanitatem adepti sunt: Spiritus immundos è corporibus expulit; surdis auditum, mutis loquelam, cæcis visum restituit; leprosos mundauit, mortuos suscitauit. Senio tandem, & morbo confectus infatigabilis Euangelij præco plurimis Europæ Prouincijs cum ingenti animarum fructu peragratis Veneriæ in Britania minori prædicationis, & vitæ cursum feliciter consummauit, anno salutis millesimo quadringentesimo

decimonono quæ Calixtus III. Sanctorum numero adscripsit.

In tertio Nocturno.

Euangelium. Sint lumbi vestri præcincti, de *Communi Confessoris non Pontificis.*

Missæ. Os iusti, cum oratio propria: Deus qui Ecclesiam, &c. vt supra.

Die XV. Maij.

In festo S. Ihsidori Agricole, Confessoris duplex.

Omnia de communi Confessori non Pontificis præter quæ sequuntur.

Capitulum. Iacobi s.

ECCE Agricola expectat pretiosum fructum terræ, patienter ferens, donec accipiat temporaneum, & serotinum. Patientes igitur estote vos, & confirmate corda vestra.

Hymnus Ille Confessor, &c.

Vers. Amavit eum Dominus, & ornauit eum

Resp. Stulam gloriæ induit eum.

Ad Magnificat, antiphona.

Labores manuum suarum, quia manducauit, & sumentem impleuit bonis Dominus Deus noster, Alleluia.

Oratio.

DA nobis quæsumus misericors Deus, beato Ihsidoro Agricola Confessore tuo intercedente superbe non sapere, sed eius meritis, & exemplis placita tibi semper humilitate deservire. Per Dominum nostram Iesum Christum, &c.

IN I. NOCTVRNO.

De Epistola beati Iacobi Apostoli.

Lectio j. Cap. 5.

Patientes estote fratres velle que ad aduentum Domini: ecce Agricola expectat pretiosum fructum terrae, patienter ferens, donec accipiat temporaneum, & ferotinum. Patientes igitur estote vos & confirmate corda vestra, quoniam aduentus Domini appropinquabit. Nolite ingemiscere fratres, ecce iudex ante ianuam assistit. Exemplum accipite, fratres, exitus mali, & longanimitatis, & laboris, & patientiae.

Resp. Euge serue bone.

Lectio ij.

Ecce beatificamus eos, qui sustinuerunt. Sufferentiam Iob audistis, & finem Domini vidistis, quoniam misericors Dominus est, & miserator. Ante omnia fratres nolite iurare, neque per coelum, neque per terram, neque aliud quodcumque iuramentum. Sit autem sermo vester: Est, est: Non, non: vt non sub iudicio incidatis. Tristatur aliquis vestram? oret. A quo animo est? psallat. Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesiae, & orent super eum, ungentes eum oleo, in nomine Domini & oratio fidei sanabit infirmum.

Resp. Iustus germinabit.

Lectio iij.

Confitemini ergo alterutrum peccata vestra, & orate pro invicem, vt saluemini: multum enim valet deprecatio iusti assidua. Elias erat similis nobis passibilis, & oratione orauit vt non plueret super terram, & non pluit annos tres, & menses sex. Et rursum orauit, & coelum dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum.

Resp. Ilte cognouit.

IN II. NOCTVRNO:

Lectio iij.



Sidorus Agricola prope Matritum Hispaniae urbem, in qua natus fuerat, mercede colen-

dis agris conductus, breui, magnarum sibi virtutum eo in exercitio, vberissimam segetem parauit. Admirabilis enim Christi, ac Sanctorum imitator, nunquam ad opus mane se conferebat, nisi prius Dei regnum studiosè quaereret, Ecclesiasque in ipsius, ac Deipatris honorem dicatas visitaret. Quare cum illius moram agri dominus grauius ferret, atque ex editiore loco quadam die, vt eum liberius increparet, Agricolam operiretur, binos Angelos candida veste, duplici boum iugorantes, mediumque inter illos

Isidorum cōspexit. Quo miraculo vulgato, magno deinceps honori, tam apud herum, quam apud ceteros homines haberi cœpit.

Resp. Honestum fecit.

Lectio v. Dominicus

Charitate in pauperes adeo flagrauit, vt mercedem, quam laboribus parabat, egen- tibus erogaret. Quin etiam cū aliquando ad commune cum reliquis confratribus prandium plurimos pauperes adduxisset, nihilque aliud prandio, scilicet finito, quam palmenti partem sibi reseruatam reperisset, illam vir Dei fide singulari fretus ita distribuit, vt mirabiliter aucta ijs omnibus alendis, saturandisque sufficeret. Illud etiam inter cetera mirandum quod per æstiuos calores, ad extinguendam in agro sitim, aquæ potum hero flagitante, cum nullibi scateret, Isidorus, stimulo, quem gerebat, humo percussa, vberem ex ea, & perennem, ad hæc usque tempora fontem elicit.

Resp. Amavit eum.

Lectio vj.

Igitur sanctitate clarus, cum ad vltimam senectutem pervenisset, obdormiuit in Domino: & in cœmeterio sancti Andree sepultus, tandem ibi iacuit, quoad ciues de ipsius corpore honestius in Ecclesia collocando diuinitus moniti, illud in lo-

culo integrum, atque adeo incorruptum inuenerunt, vt ex eo suauissimus odor, qui hac etiam tēpeltate perdurat, efflaret. Sanctum corpus in Ecclesiam translatum, & in editiore loco situm, maxime Deus miraculis illustrauit. Quorum beneficentiam non semel, tam ipsa Matrini ciuitas, quam etiam cetera Hispaniæ loca, ope ipsius implorata, persenserunt. Quem postremo post annos fere quadringētos fama sanctitatis, ac miraculis illustrem Gregorius XV in sanctorum numerum retulit. *Resp.* Isti homo.

IN III. NOCTVRNO.

Lectio sancti Euangelij, secundum Ioannem.

Lectio vij. Cap. 15.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Ego sum vitis vera, & Pater meus Agricola est. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorij

Papæ.

Lib. 7. Re. epist. 32.

Per semeptipsum veritas dicit: Pater meus Agricola est: & omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum: & eum qui fert fructum purgauit eum, vt fructum plus afferat. Palmes enim infructuosus tollitur, quia peccator funditus eradicatur, vt ad vberiorē gratiam perducatur. Sic enim spicatum grana tribulis attrita,

aristis, & paleis nudantur. Sic oliuæ prælo præssæ in olei pinguedine defluunt. Sic betri vinearum præssi calcibus in vinum liquefcunt.

Resp. Ille est.

Lectio viij.

Ex eodem tract. in 7. Psalm.

Pœnit. ad 6. Psalm.

Qui manet in verbo, non fraudatur à regno.

Aliter namque fructum facere non possumus, nisi in eo maneamus. Ideoque ait: Manete in me, & ego in vobis. Vbi enim manendum nisi in ipso? Deficient domus; palatia corrunt, destruentur ciuitates; ab imis sedibus turres euellentur: verbum autem Domini manet in æternum. Maneamus ergo in eo, qui manet in æternum.

Resp. Sint lumbi vestri.

Lectio ix.

Non sequamur vanitatem, deserentes veritatē, nec contristemur sicut ceteri, qui spem non habent. Sed sustineamus eum, & si moram fecerit, expectemus: ne contingat nobis, quod per Prophetam dicitur: Ve ijs qui perdidērunt sustententiam. Quicumque mundanæ aduersitatis fractus molestijs, diabolicæ tentationis infestatione deiectus, à spe cœlestium promissionum deciderit, sustententiæ, quam prius habue-

rat, mercedem amittet. Qui vero sustinebit magnam reportabit remunerationem. *Te Deum.*

A D LAVSDES.

Et per Hor. s. Añã.

Domine, quinque talenta tradidisti mihi, &c.

Capitulum. Iacob 5.

ECCE Agricola expectat pretiosum fructum terræ, patienter ferens, donec accipiat temporaneum, & serotinum. Patientes igitur estote vos, & confirmate corda vestra.

Hymnus. Iesu corona celsior, &c.

Vesf. Iustum deduxit Dominus per vias rectas.

Resp. Et ostendit illi regnū Dei.

Ad Benedictus, Antiph.

Exit qui seminat seminare semen suum, & aliud cecidit in terram bonam, & ortum fecit fructum centuplum, Alleluia.

O R A T I O.

DA nobis quæsumus misericors Deus, Beato Iſido ro Agricola, Confessore tuo in tercedente superbe non sapere, sed eius meritis, & exemplis, placita tibi semper humilitate deseruire. Per Dominum.

Ad Tertiam, Antiphona.

Euge serue bone.

Capitulum. Ecce Agricola, ut supra.

Ad Sextam, Antiphona.

Fidelis seruus.

Capi.

Capitulum. Iacob 5.

Ecce beatificamus eos, qui
sustinuerunt. Sufferentiam
Iob audistis, & finem Domini
vidistis: quoniam misericors
Dominus est, & miserator.

Ad Nonam, Antiphona.

Serue bone.

Capitulum. Iacob 5.

Multum valet deprecatio
iusti assidua. Elias ho-
mo erat similis nobis passibilis:
& rursum orauit, & terra dedit
fructum suum.

In secundis Vesperis, omnia ut
in primis Vesperis, præter Anti-
phonam ad Magnificat.

Vesp. Iustitiam deduxit Dominus
per vias rectas.

Resp. Et ostendit illi regnū Dei.

Ecce homo Agricola iste
fuit, quoniam Adam exemplū
eius, ab adolescentia sua, ad ser-
uendum Deo viuēti, Alleluia.

Deinde fit cōmemoratio S. Vbaldi.

✠ **S**i Vigilia Pentecostes ve-
nerit intra infra octauam

S. Isidori, ex eo die cessat offi-
cium Sancti, etiam quoad commemo-
rationem. Ita Urbanus VIII. de-
creuit.

Die XVI. Maij.

Secunda die infra octauam San-
cti Isidori.

In primo Nocturno Lectiones de
Scriptura occurrenti.

IN II. NOCTVRNO.

Sermo Sancti Isidori Episcopi.

Lib. 2. Sentent. cap. 11.

Lectio in



Propterea virtutes
Sanctorum
ad exemplum
nostrum Deus
proposuit, ut
quāto de imi-
tatione eorū

conferri possuat nobis iustitiæ
præmia, tanto de persecrantia
mali sint grauiora tormenta. Si
enim ad boni incitamentum,
diuina, quibus admonemur, præ-
cepta deessent: pro lege nobis
sanctorum exempla sufficerent.
At cōtra, dum & nos Deus præ-
ceptis suis admonet, & vitæ san-
ctorum boni operis nobis exē-
pla proponat, nulla est iam de-
reatu excusatio.

Lectio v.

Et si prauorum sapē secu-
ti sumus exempla, cur nō
imitemur Sanctorum digna, &
Deo placita facta? Et si apti fui-
mus imitari iniquos in malum,
cur pigri sumus imitari iustos in
bonū? Orandus est igitur Deus,
& virtutes, quas Sanctis prapa-
rauit ad coronam, nobis ad pro-
fectum sint positæ, non ad præ-
nam. Proficient autem ad pro-
fectum nostrum, si tot exempla
voluerimus imitari virtutum.

Lectio vi.

Ex lib. 3. Sent. cap. 47.

Quāto vero attinet ad
rationem, non est perso-
narum acceptio apud

Deum, qui mundi eligit ignobilia, & contemptibilia, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret, ne gloriatur omnis caro, hoc est carnalis potentia, coram Deo. Vnus enim Dominus æqualiter, & dominis fert consultum, & seruis. Sed melior est subiecta seruitus, quam elata libertas. Multi enim inueniuntur Deo liberè seruietes sub dominis constituti, qui etsi subiecti sint illis corpore, prælati tamen sunt mente.

IN III. NOCTVRNO.

Lectio sancti Euangelij secundum Ioannem.

Lectio vij.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Ego sum vitis vera, & Pater meus Agricola est. Et reliqua.

Homilia S. Ioannis Chrysost.

Homil. 31. in Ioannem.

Ego sum vitis, inquit, vos palmites. Quid vult hæc parabola significare? Quod qui non vacat doctrinæ, viuere non potest. Et quod futura signa Christi virtute proueniunt. Pater meus Agricola est. Quid? Auxilio indiget filius? Absit. Neq; sic intelligitur. Vide quã diligenter hanc parabolam exequitur. Non enim radici, sed palmitibus agricolæ curam cõferre dicit. Radicis autem nõ alia causa hic meminit, quam vt discerent, sine ipsius potentia

nihil fieri posse: & quod ita ipsi fide vniendi sunt, sicut palmitibus viti. Lectio vij. in I.

Omne palmitem in me non ferentem fructum tollet eum Pater. Hic signat vitam, ostendens sine operibus neminem in ipso esse posse. Et omnem qui fert fructum purgabit, id est, incitabit ad virtutis curam. Atqui radix circumfusione, & cultu primum indiget, sed nihil de ea nunc dicit, sed de palmitibus sibi ipsi se sufficere ostendens. Discipuli autem multa præceptoris cura indigent, etiam si studiosi sint. Ideo, inquit, omnem, qui fert fructum purgabit eum.

Lectio nona pro S. Vbaldo.

Vbaldo Eugubij in Umbria nobili genere natus, à primis annis pietate, & litteris egregie est institutus: iamque adolescens, vt vxorem duceret, sæpè tentatus, nunquam tamen à proposito seruandæ virginittis recessit. Sacerdos effectus, patrimonium suum pauperibus, & Ecclesijs distribuit: & Canonicorum regularium Ordinis Sæcti Augustini institutum suscipiens, illud in patriam transtulit, atque in eo aliquandiu sanctissimè vixit. Cuius sanctitatis opinione evulgata, ab Honorio Secundo Summo Pontifice Ecclesiæ Eugubinæ in uicem præficatur. Quam cum multis annis summa

summa cum laude gubernasset, sanctis operibus, ac miraculis clarus quieuit in pace: cuius virtus præcipue in effugandis spiritibus immundis elacet. Eum vero Cœlestinus Papa Tertius in Sanctorum numerum retulit.

Die XVII. Maij.

Tertia die infra Octauam Sancti Isidori.

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrenti.

IN II. NOCTVRNO.
Sermo Sancti Augustini Episc.
In serm. de 4. sex. sive de cultura agri Dominici.

Lectio iij.

Cœlesti gratia, & spirituali pluuiâ præparandus est ager Ecclesiæ, quia imber diuinus in proximo est. Operemur dilectissimi, in isto agro, quod nobis creditum est plantare, rigare, arare, nouellare: sed Dei est incrementum dare. Apostolus Paulus Doctor gentium in fide, & veritate, per semetipsū, & operando, & moriendo hæc nos docuit Dominicam exercere culturam, dicens: Ego plantavi, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit. Dei sumus cooperarij, Dei Agricultura.

Lectio iij.

IN ista itaque, fratres, Dei agricultura, in qua nos Domi-

nus operari præcipit, sic operemur, vt mercedem promissa donogratia accipere mereamur. Tempus est operemur, laboremus, quinque illa iuga bouum, quæ ille inuitatus in Euangelio, dum ad cretam venire noller, probare se velle dixit: quoniam sibi ea, non agricultura Dominicæ comparauit.

Lectio iij.

NOS ea quinque iuga bouum in agro Dominico iungamus Terram durissimam sulcis spiritualibus exaremus, semen verbi proijcientes. Quascumque spinas malarum cupiditatum inuenerimus, euellamus, eradicemus diuino igne succendamus, vt vitali opere laborantes, Domino Deo nostro fiducialiter dicamus: Domine Pater familias, quoniam & adiuuare fecimus opus quod insisti, redde mercedem quam promissisti.

IN III. NOCTVRNO.
Lectio sancti Euangelij secundum Ioannem.

Lectio iij.

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Ego sum vitis vera, & Pater meus Agricola est. Et reliqua.
Homilia sancti Ioannis Chrysostomi.

Homilia 37. in Ioannem.

EGovos purgavi, inquit, atque superius hoc Patris offi-

officium ostendit Sed nulla est inter Patrem & Filium differentia. Iam vestra opus est diligentia. Inde ne se eorum ministerij indigentia, sed utilitate hoc facere demonstraret, addit: Sicut palmes non potest facere fructum à se in ipso, nisi manserit in vite: sic vos nili in me manseritis. Ut enim metu laxato eorum animo non discederent, eos cohibet, & sibi conglutinat, & bonam spem habere iubet. Radix enim manet: incidi autem, & auferri palmitum est.

Lectio viij.

Qui manet in me, & ego in eo. Ecce Filium non minoris esse, quam Patrem potestatis ad discipulos excitandos. Pater purgat, Filius in eo manet: manere enim in radice facit, ut palmites fructum faciant. Quod si non purgatus in vite palmes manserit, fert quidem fructum, sed non debitum: qui vero non manet in vite, nihil parit. Verum purgare, Filij esse ostenditur: manere in radice Patris, qui ipsam radicem generat. Vides quomodo omnia communia sint, & purgare, & à radice virtutem habere.

Lectio ix.

Mittetur inquit, foras, ne que amplius ab agricola curabitur, & arefcet. Hoc est, si quid habuit à radice, si quam

gratiam amittet, & omni inde auxilio, & vita spoliabitur, & tandem in ignem mittetur Sed non talis qui manet in vite. Inde ostendit quid sit in ea manere. inquit, si verba mea in vobis manserint. Vides quidem, superius merito dicebam, ipsa opera Christum exigere. Cum enim dixisset. Si quid petieritis, faciam, addidit, si diligitis me, mandata mea seruate.

Die XVIII. Maij.

Quarta die infra octauam Sancti Isidori.

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTVRNO.

Sermo S. Athanasij Episcopi.

In vita S. Antimij Eremitæ.

Lectio iij.

Consideremus fratres Domini esse nos famulos, & seruitutem debere ei, à quo creati sumus. Ut enim seruus præteriti gratia famulatus, præfens, aut futurum non contemnit imperium, nec audet asserere, quod ex labore transacto, instantis operis habere debeat libertatem, sed vigili studio (ut in Euangelio scriptum est) eandem semper exhibet seruitutem, ut Domino placere possit: sic & nos diuinis congruit parere præceptis, scientes quod æquus ille retributor, in quo quemcūque

que inuenerit, in eo sit iudicaturus.

Lectio v.

I Deo precor, vt ad finem propositi omni labore tendamus. Nemo post tergum respiciens, Lothi imitetur uxorem: praesertim cum Dominus dixerit, neminem ponentem manū super aratrum, & respicientem retrorsum, dignum esse regno cælorum. Respiciere autem retrorsum nihil aliud est, quam in eo poenitere, quod coeperit, & mundanis rursus desiderijs obligari. Nolite quæso, virtutis, tanquam impossibile nomen, pauere, nec peregrinum vobis, aut procul positū videatur hoc studium, quod ex nostro (Dei gratia præcedente) pender arbitrio. Huius operis homini inserta natura est, & eiusmodi res est, quæ nostram tantummodo expectat voluntatem.

Lectio vj.

Vnde Dominus in Evangelio ait, regnum Dei intra vos est. Virtus quæ in nobis est, mentem tantum requirit humanam. Cui enim dubium est, quia naturalis animæ puritas, si nulla fuerit extrinsecus sorde polluta, fons sit, & origo virtutum? Bonam necessè est esse eam, quam creauit bonus creator. Quod si forte cunctabimur, audiamus Iesum filium Naue populo dicentem:

Rectum facite cor nostrum ad Dominum. Nec Ioannes dissoluit de virtute sententiam, prædicans, rectas facite semitaseius. Siquidem, hoc est, rectum esse animum, cum eius principalis integritas nulla vitiorum in labe maculatur.

IN III NOCTVRNO.

Lectio sancti Euangelij secundum Ioannem.

Lectio vij.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Ego sum vitis vera, & Pater meus Agricola est. Et reliqua.

Homilia S. Augustini Episc.

Tract. 80 in Ioannem.

Iste locus Euangelicus, fratres, vbi se dicit Dominus vitæ, & discipulos suos palmites, secundum hoc dicit, quod est caput Ecclesiæ, nosque membra eius, mediator Dei, & hominum homo Christus. Iesus. Vnius quippe naturæ sunt vitis, & palmites. Propter quod cum esset Deus, cuius naturæ non sumus, factus est homo, vt in illo esset vitis humana natura, cuius & nos homines palmites esse possemus.

Lectio viij.

Quid ergo est: Ego sum vitis vera? Nunquid addens, vera, hoc ad eam vitem retulit, vnde ista similitudo translata est? Sic enim dici-

dicitur vitis per similitudinem, non per proprietatem: quemadmodum dicitur ovis, agn^o, leo, petra, lapis angularis, & cetera huiusmodi, quæ magis ipsa sũt vera, ex quibus ducuntur istæ similitudines, non proprietates. Sed cum dicit: Ego sum vitis vera, ab illa se vtrique discernit, cui dicitur: *Quomodo conuerſas in amaritudinem vitis aliena? Nam quo pacto est vitis vera, quæ expectata est vt faceret uuas, fecit autem spinas?*

Lectio ix.

Ego sum, inquit, vitis vera, & Pater meus Agricola est. Numquid vnum sunt agricola, & vitis? Secundum hoc ergo vitis Christus, secundum quod ait: Pater maior me est. Secundum autem id, quod ait: Ego, & Pater vnum sumus, & ipse agricola est: nec talis, quales sunt, qui extrinsecus operando exhibent ministerium; sed talis vt det etiam intrinsecus incrementum. Nam neque qui plantat et aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Sed vtrique Deus est Christus, quia Deus erat Verbum: vnde ipse, & Pater vnum sunt: & si, Verbum caro factum est, quod non erat, manet quod erat.

In secundis Vesperis fit commemoratio S. Iude virginis.

Die XIX. Maij.

Quinta die infra octauam sancti Ildori.

In primo Nocturno Lektionen de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

Sermo Sancti Gregorij Papæ.

Homil. 20. in Euang.

Lectio iiii.

Omnis vallis implebitur, & omnis mons, & collis humiliabitur. Quid hoc loco vallium nomine, nisi humiles? Quid montium, & collium, nisi superbi homines designantur? In aduentu ergo Redemptoris, valles impletae, montes vero, & colles humiliati sunt: quia iuxta eius vocem, omnis qui se exalrat, humiliabitur, & omnis, qui se humiliat, exaltabitur. Vallis etenim impleta crescit: mons autem, & collis humiliatus decrescit.

Lectio v.

Omnis enim vallis implebitur, quia corda humiliũ sanxte doctrine eloquio virtutum gratia replebuntur, iuxta hoc quod descriptum est: Qui emittit fontes in conualibus: & vnde rursum dicitur: & conualles abundabunt frumento. A montibus namque aqua dilabitur, quia superbas mentes veritatis doctrina deiecit. Iam videmus, iam conualles frumento abundare conspiciamus, quia illorum ora pabulo veritatis impleta sunt, qui mites, ac simplices

ces huic mundo despicabiles esse videbantur.

Lectio vi.

Idem lib. 32. Moral. cap. 8.

VNde miro modo res agitur, vt humiles cœlum petant dum se inferius deijciunt. Superbi infima appetant, dum despiciendo cœteros, quasi in altioribus extolluntur. Isti se dū despiciunt, cœlestibus iunguntur; illi dum se erigunt, à superioribus diuiduntur: atque, vt ita dixerim, illi se eleuando deprimunt, isti se deprimentes eleuant.

IN III. NOCTVRNO.

Lectio sancti Euangelij secundum Ioannem.

Lectio vij.

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Ego sum vitis vera, & Pater meus Agricola est. Et reliqua.

Homilia Sancti Augustini Episcopi.

In eod. tract. 80. in Ioannem.

CVM de Patre tanquam de Agricola dixisset, quod infructuosos palmites tollat; fructuosos autē purgat, vt plus afferant fructus, continuo etiā se ipsum mundatorem palmitum ostendens, iam vos, inquit, mundi estis propter sermonē, quem locutus sum vobis. Ecce ipse mundator est palmitum, quod est Agricola: non vitis officium; qui etiam palmites ope-

rarios suos facit. Nam etsi non dant incrementum, impendunt tamen aliquod adiuumentum, sed non de suo.

Lectio viij.

QVia sine me, inquit, nihil potestis facere. Audi etiam ipsos confidentes. Quid autem est Apollo? Quid autem Paulus? Ministri, per quos credidistis, & unicuique sicut Dominus dedit: Ego plantavi, Apollo rigauit: & hoc utique sicut Dominus dedit: non utique de suo. Iam verò, quod sequitur, Deus incrementum dedit, non per illos, sed per se ipsam facit. Excedit hoc humanam humilitatem; excedit Angelicam sublimitatem, neque omnino pertinet, nisi ad Agricolam Trinitatem.

Lectio ix. pro S. Pudentiana. virg.

Pudentiana virgo, Pudentis Romani filia, parentibus orbata, cum admirabili pietate Christianam religionem coleret, vna cum sorore Praxede pecuniam ex vendito patrimonio redactam, pauperibus distribuere, seque ieiunijs, & orationibus dedit. Cuius etiam opera tota eius familia, in qua erant nonaginta sex homines à Pio Pontifice baptizata est. Quod autem ab Antonino Imperatore sanctum erat, ne Christiani publice sacrificia facerent: Pius Ponti-

sex in ædibus Pudentianæ cum Christianis sacra celebrabat. Quibus illa benigne acceptis, quæ ad vitam necessaria essent, suppeditabat. Itaque in his Christianæ pietatis officij migravit Ævita & in sepulchro parvis ad cœmeterium Priscillæ via Salaria sepulta est, decime quarto Kalendas Iunij.

In secundis Vesperis à capitulo fit de S. Bernardino Confessore.

Die XX. Maij.

In festo Sancti Bernardini Senensis Confessoris. Semidupl.

ORATIO.

Domine Iesu, qui Beato Bernardino Confessori tuo, eximium sancti nominis tui amorem tribuisti, eius, quæ sumus, meritis, & intercessione, spiritum nobis tuæ dilectionis benignus infunde. Qui vivis, & regnas.

Lectioes primi Nocturni, de

Scriptura occurrunt.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio Iij.

Bernardinus Albicesca nobili Senensi familia ortus, ab ineunte ætate non obscura sanctitatis dedit indicia: nam à pijs parentibus honestè educatus, neglectis puerilibus ludis, inter prima grammaticæ studiâ pietatis operibus, animum intendit, ieiunjs, orationi, & Beatissimæ Virginis cultui præ-

cipuè addictus. Misericordia vero in pauperes fuit insignis: quæ quidem omnia procedente tēpore quo melius posset excellere, eodem numero adscribi voluit, qui Senis in Hospitali domo B. Mariæ de Scala Deo inferuunt: vnde complures sanctitate celebres viri prodierunt. Ibi corporis afflictione, & agrotatium cura dum atrox pestilentia grassaretur, incredibili charitate se se exercuit. Inter cæteras autē virtutes, castitatem, egregia forma repugnante, sanctissimè custodiuit, adeo vt eo presente nemo vnquam, ne impudentissimus quidē, verbum minus honestum proferre auderet.

Resp. Honestum fecit.

Lectio vlt.

Graui morbo tentatus, eoque ad quatuor menses patientissimè tolerato, demū incolumis, de religiois vitæ instituto capeffendo de liberare coepit, quo vt sibi viam munit, ædiculam in extrema vrbe conduxit, in quam cum se se abdidisset, asperrimam omni ex parte vitam trahebat, Deum assiduè orans, vt quid sibi sequendum esset, ostenderet; quare diuinitus factum est, vt beati Francisci Ordinem præ cæteris optaret, in quo humilitate, patientia, alijsq; religiosi hominis virtuti-

turibus excellit. Id cum ce-
nobij Rector animaduerneret,
iam que antea Bernardini doctri-
nam, & sacrarum litterarum pe-
ritiam perspectam haberet, pre-
dicandi onus eide m imposuit:
quo humilimé suscepto, cum
seminus idoneum agnosceret,
ob vocis exilitatem, ac rauci-
tatem, Dei ope implorata, non
sine miraculo, eius modi impe-
dimento liberatus est.

Resp. Amavit eum.

Lectio vj.

Cumque ea tempora vitijs,
criminibusque redunda-
rent, & cruentis factionibus in
Italia, diuina, humanaque om-
nia permixta essent, Bernardi-
nus vrbes, atque oppida con-
cursans, in nomine Iesu, quem
semper in ore, & in pectore ge-
rebat, collapsam pietatem mo-
resque, verbo, & exemplo, mag-
na ex parte restituit, quo factum
est, vt præclaræ ciuitates eum
sibi Episcopum à Summo Pon-
tifice postularent: quod ille mu-
nus inuidta humilitate constan-
tissimé reiecit. Denique vir Dei
immediatis laboribus exhaustis,
multis, magnisque editis mira-
culis, libris etiam pié, doctéq;
conscriptis, cum vixisset annos
sex ac sexaginta in vrbe Aquila
in Vestinis beato fine quieuit.
Quem nouis in dies coruscanté
signis anno post obitum Sexto,
Nicolaus Quintus Pórtifex Ma-

ximus in Sanctorum numerum
retulit.

Resp. Iste homo perfecit.

*In tertio Nocturno Homilia in
Euangelium: Ecce nos reliqui-
mus omnia: de com. Abbatum.
In secundis Vesperis à capitulo fit
de Sancto Isidoro.*

Die XXI. Maij,

Septima die infra octauã. S. Isidori.

*In primo Nocturno Lectiones de
Scriptura occurrenti.*

IN II. NOCTVRNO.

Sermo S. Bernardi Abbatis.

In Psalmo. Qui habitat. Ser. 7.

Lectio iij.

At tentius sané Agricola
pauperem excolit fun-
dum, sed cui forte nulla am-
plior, pretiosiorvé sit possessio,
buccellam pannis in sinu suo mē-
dicus abscondit, quod in sacel-
lis suis solum hoc metalli ge-
nere æruginet. Tu quid ita ex-
tremæ huic paupertati, & qui-
dem proprij malé prodigus la-
boris incumbis? Est & alia ibi
possessio, et si forte remota. Er-
ras, nihil tam prope nos, quam
quod intra nos est. At forté nō
quidem longius positam, sed
inutilem esse caufaris, vt hic tibi
quæredam magis sufficiētiā
putes. Falleris, ibi magis inue-
nies, imo non inuenies nisi ibi.

Lectio v.

AN verò in hac possessio-
ne æstimas, quod vel ope-
ram tuam non exigat, vel mi-
nus

nus respondeat operanti? Aut certe in tuto credisse locatā, nec vllā deinceps solitudine custodis egere. Quodlibet horum sapias, scito quod despicias vehementer. Ibi enim quam maximē, quæ seminauerit homo, hæc & metet. Sed & qui parcē seminat, parcē & metet: qui verò in benedictionibus seminauerit, de benedictionibus & metet, vt faciat vnum tricesimum, vnum sexagesimum, vnum centesimum.

Lectio vij.

Ex Tractatu eiusdem Sancti Bernardi de interiori domo, in principio.

Diligenter ergo exerce agrum tuum, ait sapiens, vt postea ædifices domum tuā. Ager iste corpus nostrum est, cuius sensibus, & moribus sic rectē vtimur, animique interior eos subiicientes in vsum virtutis inflectimus, dum corpus animo indefinenter, & animus Deo ex toto subicitur. His nimium modis interior conscientia ædificatur.

IN III. NOCTVRNO.

Lectio S. Euangelij secundum Ioannem.

Lectio vij.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Ego sum vitis vera, & Pater meus Agricola est. Et reliqua.

Homilia S. Augustini Episc.

Ex eodem tract. in Ioann. 81.

EGo, inquit, sum vitis, vos palmites; qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructū multum, quia sine me nihil potestis facere. Ne quisquam putaret saltem paruum aliquem fructum posse à semetipso palmitē ferre, cum hic dixisset, hic fert fructum multum; non ait, quia sine me parum potestis facere, sed nihil potestis facere. Si uē ergo parum, si uē multum, sine illo fieri non potest, sine quo nihil fieri potest. Quia etsi parum attulerit palmes, cum purgat agricola, vt plus afferat.

Lectio viij.

Si quis in me, inquit, non māserit, mittetur foras, sicut palmes, & arefcet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. Ligna itaque vitis tanto sunt cōtempribiliora, si in vite non manserint, quanto gloriosiora si manserint. Denique sicut de ijs per Ezechielem Prophetam Dominus dicit, præcisata nullis agricolarum vñb⁹ profunt nullis fabrilibus operibus deputantur: vnum de duobus palmiti congruit, aut vitis, aut ignis: si in vite non est, in igne erit: vt ergo in igne non sit, in vite sit.

Lectio ix.

Si manseritis in me, inquit, & verba mea in vobis manserint,

rint, quodcumque uolueritis petitis, & fiet uobis. Manēdo quippe in Christo, quid nosse possunt, nisi quod non conuenit Christo? Quid uelle possunt manendo in Salvatore, nisi quod non est alienū à salute? Aliud uisumpe uolumus, quia sumus adhuc in hoc seculo. De mansionemamque huius seculi nobis aliquando subrepat, ut hoc petamus, quod nobis non expedire nescimus. Sed absit ut fiat nobis si maneamus in Christo, qui non facit quando petimus, nisi quod expedit nobis.

Hodie in secundis Vesper. omnia sicut in primis Vesper. diei.

Die XXII. Maij.

In Octaua Sancti Isidori.

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrenti.

Sermo S. Bernardi Abbatis.

Sermo 2. omnium Sanctorum.

Lectio iij.

Quia Sancto Isidoro Agricole festiuam hodie, de uotissimam, omnique dignissimam nobis deuotione memoriam celebramus. operæ pretium puto, de eius felicitate, in qua beata iam requie perfrui, sermonem facere charitati uestræ: erit enim præstante Domino triplex sermonis utilitas, quatenus agnita, vel ex parte aliqua felici retributione Sanctorum, abundantiori deinceps

solicitudine ipsorum inherere uestigijs ac feruentiori desiderio ad eorū suspirare confortia, propensiorique deuotione, eorundem nos commendare patrocinijs studeamus.

Lectio iij.

Fidelis quippe sermo est, & omni acceptione dignus, ut quos solēni ueneratione prosequimur, etiam simili conuersatione sequamur. Quos beatissimos prædicamus, ad eorum beatitudinem tota auiditate curamus: quorum delectamur præconijs, subleuemur eorum patrocinijs. Nec sanè parum fructuosa inuenitur memoria festiua Sanctorum, languorem, teporem, erroremque depellens: cum eorum intercessionem inuetur infirmitas nostra, cōsideratione beatitudinis excitatur negligentia nostra, ignorantia quoque nostra ipsorum erudiat exemplis.

Lectio iij.

Post multa.

Sic enim de presenti seruum requie habemus in Psalmo scriptum: Convertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi: bene, inquam fecit; audi quam bene: Quia eripuit animam meam de morte, oculos meos à lachrymis, pedes meos à lapsu, id est, à peccato omni, & à peccati pena, à timore quoque, & periculo

lo recidendi penitus liberauit. Hoc est suauissimi animæ stratum, quod nullus iam laeret, aut riger lacrymis, quando absterget Deus omnem lacrymam ab oculis suis. Hoc cubile, in quo iam non compungitur neccõuertitur in ærumnas suas, dum configitur spina: exijt enim de terra illa, quæ spinas ei, & tribulos germinabat.

IN III NOCTVRNO.

Lectio sancti Euangelij secundum Ioannem.

Lectio vij.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Ego sum vitis vera, & Pater meus Agricola est. Et reliqua.

Homilia S. Hilarij Episcopi.

Enarratione in Psalm 51.

Si qui igitur per fidem corporati Dei manere in natura assumpti à Deo corporis merentur, hi mundaantur in fructus æternos à se afferēdos quia necesse est, vt natura veræ vitis propago, intra vitam manens teneat. At vero, qui incredulus nati in corpore Dei fuit, vel et si credens maneat; fructibus tamen fidei suæ careat, eradicabitur, aut ob infidelitatem, aut ob inuitatam fructuum negatorum.

Lectio viij.

Natus enim ex Dei Virgine filius hominis cum esset Dei filius, naturam in se vni-

uersæ carnis assumpsit, per quæ effectus vera vitis, genus in se vniuersæ propaginis tenet: Si qua ergo propago infidelis, aut infruituosa est, eradicandam ipsa se præbet, per naturam quidem manens, sed per infidelitatem, aut inuitatam euellitur.

Lectio ix.

Qui enim non manebit in Christo, regni Christi incola non erit. Non erit autem, non quod sibi non patuerit incolatus (vniuersis enim pater, vt consortes sint corporis Dei, atque regni, quia Verbum caro factum est, & habitauit in nobis: naturam scilicet in se totius humani generis assumens) sed vnusquisque pro merito, & euellendum se, & eradicandum de terra viuentium præbet; non prohibitus vnquam in esse, qui per naturæ assumptionem incola sit receptus, sed eradicatur ob crimen, naturæ consortio indignus existens.

Die XVII. Septembris.

Impressio sacramentum stigmatum in corpore B. Francisci, se iduplex.

Omnia dicuntur de comuni Confessoris non Pontificis, exceptis ijs, quæ hic propria ponuntur.

In primis, & secundis vsperis, vers. sequent.

Vers. Signasti Domine seruum tuum Franciscum.

Resp.

Resp. Signis redemptionis nostræ.

Orati.

Domine Iesu Christe, qui frigescente mundo, ad inflammandum corda nostræ tuæ amoris igne, in carne Beatissimi Francisci Pasionis tuæ sacra Stigmata renouasti: concede propitius, ut eius meritis, & precibus Crucem iugiter feramus, & dignos fructus penitentia faciamus. Qui uiuis, & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti Deus. Per omnia secula seculorum, Amen.

IN I. NOCTVRNO.

De Epist. 1. B. Pauli Apost. ad Galatas. Cap. 5. & 6.

Lectio 1.

Si spiritu uiuimus, spiritu, & ambulamus. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem pro uocantes, inuicem inuiserentes. Fratres, et si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerate ipsum, ne & tu teneatur. Alter alterius onera portate & sic adimplebitis legem Christi. Nam si quis existimat se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducat. Opus autem suum prebet unusquisque; & sic in semetipso tantam gloriam habebit, & non in altero. Unusquisque enim onus suum portabit. Communicet autem is, qui catechizatur verbo, ei, qui se ca-

techizat in omnibus bonis.

Lectio 2.

Nolite errare: Deus non irascitur. Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet. Quoniam qui seminatur in carne, si a carne & metet corruptio nem, qui autem seminatur in spiritu, de spiritu metet uitam æternam. Bonum autem facientes, non deficiamus tempore enim suo metemus non deficientes. Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes maxime autem ad dilectos. Fidei. Videte qualibus literis scripsi uobis mea manu. Quicumque enim uolunt placere in carne, cogunt uos circumcidi, tantum ut Crucis Christi persecutionem non patiantur. Neque enim qui circumcidentur, legem custodiunt: sed uolunt uos circumcidi, ut in carne uestra glorientur.

Lectio 3.

Mihi autem absit gloriari nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. In Christo enim Iesu neque circumcisio aliquid ualeat, neque præputium, sed noua creatura. Et quicumque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, & misericordia, & super Israel Dei: de cæteris uero nemo mihi molestus sit: Ego enim

Strig

Stigmata Domini Iesu in corpore meo porto. Gratia Domini nostri Iesu Christi, cum spiritu vestro, fratres, Amen.

IN II. NOCTVRNO.

*De sacris Stigmatibus-
De Bonavent. in Legenda S. Fran-
cis, cap. 13.*

Lectio iv.

Fidelis reuera famulus, & minister Christi Franciscus Biennio ante quam spiritum redderet caelo: cum in loco excelso seorsum, qui mons Aluerinae dicitur, quadragenarium, ad honorem Archangeli Michaelis ieiunium inchoasset: suae pernae contemplationis dulcedine abundantius solito superfluis, ac caelestium desideriorum ardentiori flamma succensus, supernarum coepit immisionum cumulatius dona sentire. Dum igitur Seraphicis desideriorum ardoribus farsum ageretur in Deum, & affectus compassiua teneritudine in eum transformaretur, cui ex charitate nimia crucifigi complacuit: quodam mane circa festum Exaltationis Sanctae Crucis, in latere montis orans vidit quasi speciem vnus Seraphim sex alas tam fulgidas, quam ignitas habentem, de caelorum sublimitate descendere;

qui volatu celerrimo ad aeris locum viro Dei propinquum perueniens, non solum alatus, sed crucifixus apparuit: manus quidem, & pedes habens extensos, & Cruci affixos, alas vero sic miro modo hinc inde dispositas, vt duas supra caput erigeret, duas ad volandum extenderet, duabus vero reliquis totum corpus circumplectendo velaret. Hoc videns vehementer obstupuit, mixtumque dolori gaudium mens eius incurrit, dum & in gratioso eius aspectu sibi tam mirabiliter, quam familiariter apparentis excessiuam quamdam concipiebat laetitiam, & dira conspecta crucis affixio ipsius animam compassiui doloris gladio pertransibat.

Lectio v.

Intellexit quidem illo docente interius, qui & apparebat exterius: quod licet Passionis infirmitas cum immortalitate spiritus Seraphici nullatenus conueniret: ideo tamen huiusmodi visio suis fuerat praesentata conspectibus: vt amicus ipse Christi praeosceret, se non per martyrium carnis, sed per incendium menti totum in Christi Iesu crucifixi expressam similitudinem transformandum. Disparens itaque visio post arcanum, ac familiare colloquium,

men-

mentem ipsius Seraphico interius inflammavit ardore: carnem verò Crucifixæ conformi exterius insigniuit effigie, tanquam si ad ignis liquefactionem virtutem præambulam sigillatua quadam esset impressio subsecuta. Statim namque in manibus, & pedibus eius apparere cœperunt signa clavorum, ipsorum capitibus in inferiori parte manuum, & superiori pedum apparentibus, & eorum acuminebus existentibus ex aduerso. Dextrum quoque latus quasi lancea transfixum rubra cicatrice obductum erat, quod sæpè sanguinem sacrum effundens, tunicam, & femoralia respergebat.

Lectio vj.

Postquam igitur novus homo Franciscus nouo, & stupendo miraculo claruit, cum singulari priuilegio retroactis sæculis non concessis insignitus apparuit, sacris videlicet Stigmatibus decoratus, descendit de monte secum ferens Crucifixi effigiem, non in tabulis lapideis, vel ligneis, manu figuratâ artificis, sed in carneis membris descriptâ digito Dei viui: quoniam sacramentum Regis Seraphicus vir abscondere bonum esse optimè norat, secreti Regalis conscius, signacula illa sa-

era pro viribus occultabat. Verum quia Dei est ad gloriam suam magna reuelare, quæ facit Dominus ipse, qui signacula illa secretè imprederat, miracula quadam apertè per ipsa monstrauit, vt illorû occulta, & mira vis Stigmatum, manifesta pareret claritate signorum. Porro rem aded admirabilem, ac tantopere testatam, atque in Pontificijs diplomatibus præcipuis laudibus, & fauoribus exaltatâ Benedictus Papa XI. anniuersaria solemnitate duplici officio celebrari voluit, quam postea lapsam Paulus V. Pontifex Maximus, vt corda fidelium in Christi Crucifixi accenderentur amorem restituit.

IN III. NOCTVRNO.

Homil. in Euang. Si quis vult venire post me, quæ habetur in communi vnius Mart.

Resp. viij. Mihi absit gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi. * Per quæ mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. *Vers.* Ego enim Stigmata Domini Iesu in corpore meo porto. Per quem, &c. Gloria, &c., Per quem.

In secundis Vesperis à capitulo fit de S. Thoma de Villanova.

Die XVIII. Septembris.

In festo S. Thoma de Villanova
Confess. Pontif. semidup.

Omnia de communi Confessoris Pon-
tificis, praeter Antiphonas ad Mag-
nificat, & Benedictus, Ora-
tionem, & Lectionem
secundi Noctur-
ni.

Ant. In utriusque Vesperis.

Dispersit, dedit pauperibus: iu-
stitia eius manet in saecula sae-
culi. *Psalm. 111.*

ORATIO.

DEus, qui Beatum Tho-
mam Pontificem insigni-
nis in pauperes misericordiae vir-
tute decorasti, quasumus, ut
eius intercessione in omnes, qui
te deprecantur, diuitias miseri-
cordiae tuae benignus effundas.
Per Dominum, & c.

*Lectiones primi Nocturni de Scrip-
tura occurrenti.*

IN II NOCTVRNO.

Lectio iv.

Thomas in Oppido Fontif-
plani Toletanae Diocese-
seos in Hispania natus anno Do-
mini millesimo quadringente-
simo octogesimo octauo, ab
optimis parentibus ineunte vi-

ta, pietatem, & singularem in
pauperes misericordiam acce-
pit; cuius adhuc puer complu-
ra dedit exempla, sed illed in-
primis nobile, quod vt nudos
operiret, proprijs vestibus non
semel se ipsum exuit. Exacta
pueritia, Compluto, quo mis-
lus fuerat, vt litteras operam da-
ret, patris obitu reuocatus, vni-
uersam haereditatem egenis vir-
ginibus alendis, dicauit, eodem
que statim profectus est, vt cur-
riculum sacrae Theologiae con-
ficeret: interim assiduus preci-
bus scientiam Sanctorum, & re-
ctam vitae, morumque norma-
m à Domino vehemēt simē po-
stularis: quare diuino instin-
ctu Eremitarum Sancti Au-
gustini amplexus est institu-
tum.

Lectio v.

Religionem professus, om-
nibus religiosi hominis
virtutibus, & ornamentis ex-
celluit: humilitate, patientia,
continentia, sed ardentissima
charitate summē conspicuus:
inter varios, & assiduos labo-
res orationi, terrumque diui-
narum meditationi inuictō spi-
ritu semper intentus. Prædican-
di onus, vtpote sanctimoniam,
& doctrina præstans subire ius-
sus, coelesti aspirante gratia, in-
numerabiles ē vitiorum coeno-
in viam salutis eduxit. Regen-
dis.

dis deinde fratribus ad motus, prudentiam, æquitatem, & mansuetudinem, pari sedulitate, ac severitate coniunxit, addeò ut priscam sui ordinis disciplinam, multis in locis, vel firmaverit, vel restituerit.

Lectio vij.

Cranatensis Archiepiscopus designatus mira humilitate, & constantia in sine minus reiecit. Verum non multo post, Valentianam Ecclesiam, superiorum auctoritate coactus gubernandam suscepit, quã annis ferme undecim ita rexit, ut sanctissimi, & vigilantissimi Pastoris partes expleverit. Cæterum consueta vivendi ratione nihil admodum immutata: inexplabili charitate multo magis indulgit, cum amplius Ecclesiæ reditus in egenos dispersit, ne lectulo quidem sibi relicto; nam eum, in quo decumbebat cum in cœlum evocaretur, ab eodem commo datum habuit, cui paulo ante elemosynæ loco donauerat. Obdormiuit in Domino sexto Idus Septembris, annos natus octo, & sexaginta. Serui sui sanctitatem adhuc vivens, & exinde post mortem miraculis Deustestaram voluit, præsertim, cum horreum frumento pauperibus distributo peni-

tus vacuum, repente plenum inuentum est, & cum ad eius sepulchrum puer mortuus renixit. Quibus, aliisque non paucis fulgentem signis, Alexander Septimus Pontifex Maximus Sanctorum numero adscripsit, atque eius memoriam quarto decimo Kalendas Octobris celebrari mandavit.

IN III. NOCTVRNO.

Homilia in Evangelium: Homo peregrè proficiscens. Ut in communi Confess. Pont.

Añã. Ad Benedictus.

Elemosynas illius enarrabit omnis Ecclesia Sanctorum. *Eccles. 31.*

Missã de Communi Confess.

Pontif.

Statuit ei Dominus. *Cum Orationes proprias: Deus qui Beatum Thomam, &c. Evangel. Homo peregrè proficiscens.*

Secreta.

Omnipotens, & misericors Deus: da quæsumus, ut sicut merita Beati Thomæ Confessoris tui, atque Pontificis manus pauperum in cœlum deportauerunt, ita pijs eiusdem precibus ad te nostra deferatur oblatio.

Post Commun.

Gemitus inopiæ nostræ ascendat ad te Domine, vt corporis tui cibo, & sanguinis potu, animarum nostrarum esuriens facietur, & sitis. Qui viuís, &c.

Die III. Decembris.

In festo Sancti Francisci Xauerij Confessoris, semidup.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, præter Orationem, & Lectiones secundi Nocturni.

ORATIO.

DEVUS, qui Indiarum gentes beati Francisci prædicatione, & miraculis Ecclesie tuæ aggregare voluisti; concede propitius, vt cuius gloriosa merita veneramur, virtutum quoque imitetur exemplum. Per Dominum.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente.

Lectio iv.

Franciscus in Xauerio Diocesis Pompelonensis nobilibus parentibus natus, Parisijs Sancto Ignatio se se committentem, & discipulum iunxit. Ip-

so Magistro eo breui deuenit, vt in rerum diuinarum contemplatione defixus, à terra aliquando sublimis eleuaretur: Quod illi sacrificanti coram populi multitudine aliquoties euenit. Has animi delicias magnis sui corporis cruciatibus merebatur. Nam interdicto sibi non carnis solum, & vini, sed panis quoque triticeo vsu, vilibus cibis vesci solitus, per viderium subinde, triduumque omni prosus alimento abstinebat. Ferreis in se flagellis ita seuebatur, vt sæpè copioso cruore difflueret; somnum breuissimum humi iacens carpebat.

Lectio v.

Vitæ austeritate, ac sanctitate Apostolico muneri, iam maturus, cum Ioannes III. Lusitaniæ Rex aliquot nacentis Societatis viros à Paulo Tertio pro Indijs postulasset; Sancti Ignatij horuatu, ab eodem Pontifice ad tantum opus cum Apostolici Nuncij potestate deligitur. Eo appulsi illico variarum gentium diffisilimæ, & varijs linguis diuinitus instructus apparuit. Quin cum quandoque vnico idiomate ad diuersas gentes concionantem, vtraque sua lingua loquentem audiuit. Prouincias innumeras pedibus semper, & sæpè

sapē nudis peragrauit. Fidem Japoniæ, & sex alijs Regionibus inuexit. Multa centena hominum millia ad Christum in Indijs conuertit; magnosque Principes, Regesque complures sacro Fonte expiauit. Et cum iam magna pro Deo ageret, ea erat humilitate, vt Sancto Ignatio, tunc Prapósito suo, flexis genibus scriberet.

LECTIO VI.

HVnc dilatandi Euangelij ardorem multitudine, & excellentia miraculorum Dominus roborauit. Cæco visum reddidit. Tantum marinæ aquæ solo Crucis signo conuertit in dulcem, quantum quingentis Vektoribus, qui siti adigebantur ad mortem, diu suffecit; qua in varias quoque regiones asportata, agri plurimi subito curati sunt. Plures mortuos reuocauit ad vitam; inter quos pridie sepultum erui iussim, è tumulo suscitauit, duosque alios, dum efferrentur apprehensa eorum manu, parentibus è feretro viuos restituit.

Prophetiæ spiritu passim afflatus plurimæ, & loco, & tempore remotissima enuntiauit. Demum in Sanciano Sinarum Insula die secunda Decembris ad cœlestem gloriam euolauit. De mortui cadauer vna catce per multos menses obrutum, sed penitus incorruptum, odore, & sanguine manauit, & vbi Malacam delatum est, urbem illam à seuissima pesteliberauit. Denique vbique terrarum nouis, maximisque fulgentem miraculis Gregorius XV. Sanctis adscripsit.

IN III. NOCTVRNO.


Euangelium: Sint lumbi vestri, &c. *Homilia Sancti Gregorij Papa de Communi Confess. non Pontif.*


Missæ de Communi Confess. non Pontif. Os iusti, &c. Oratio prima vt supra.

Secreta.

Præsta nobis quesumus, &c. Post comm. Quæsumus omnipotens Deus, &c. De eodem Comm.

LAVS DEO:





C*Um aliàs Sacra Rituum Congregatio accedentibus precibus Eminentissimorum Cardinalium Sacrae Congregationis de propaganda Fide mandauerit apponi in Kalendario Romano, sub Ritu Semiduplici Officium S. Francisci Xauerij Societatis Iesu ab omnibus Christi fidelibus, die 3. Decembris recitandum; modo eadem Sacra Congregatio presatas Lectiones, cum Oratione propria approbavit, & ab utroque Clero, tum Seculari, tum Regulari recitari iussit, & imprimi posse concessit. Hac die 6. Septembris 1663.*

M. Episc. Sabinensis Card. Ginetus.

Loco † Sigilli.

Bernardinus Casalius S. Ritum Congreg Secretarius.

In alia sacra Rituum Congregatio acco-
 dentibus per nos Eminentissimi Curia-
 rum Sacra Congregationis de propaganda Fi-
 de mandaverit apponi in Calendario Romano sub
 Ritum Semiduplici Officium S. Francisci Xaverii
 Societatis Jesu ad omnium Christi fidelium usum
 Decembris recte ordinis; modo eadem Sacra Con-
 gregatio premissas Lectiones cum Oratione propria
 approbavit. Et ab utroque Clero, tam seculari
 tam Regulari recitari iussit. Et imprimi posse con-
 cessit. Hac die 6. Septembris 1663.

M. Episc. Sabiniensis C. S. Decanus

Loco et sigilli

Remus Julius Calistus S. Rituum Congreg. Secretarius

DIE XVII. SEPTEMBRIS.

Officium de Nomine B. V. Mariæ.
Duplex.

Ad Vesperas, Añã.

Missus est Angelus Gabriel ad Virginem desponsatam Ioseph, & nomẽ Virginis Maria. *Psal.* Dixit Dominus. *Cum reliquis de Beata Maria. Añã.* A solis ortu vsque ad occasum, laudabile nomen Domini, & Mariæ Matris eius.

Añã. Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. *Añã.* Permaneat & magnificetur Nomen tuum vsque in sempiternum: ò Maria! *Añã.* Lauda Ierusalem Dominum, lauda inclitum Nomẽ Mariæ.

Capitulum.

Benedicta es tu filia à Domino Deo excelfo, præ omnibus mulieribus super terram: quia hodie nomen tuum ita magnificauit, vt non recedat la tua de ore hominum: quia memores fuerint virtutis Domini in æternum.

Hymnus.

Ave maris stella,
Dei mater alma,
Atque semper Virgo,
Felix cæli porta.
Sumens illud Ave,
Gabrielis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Eux nomen.
Solue vincla reis,
Profer lumen cæcis,
Malla nostra pelle,
Bona cuncta potce.
Monstrate esse matrem,
Sumat per te preces.
Qui pro nobis natus,
Tulit esse tuus.
Virgo singularis,
Inter omnes mitis,
Nos culpis solutos,
Mites fac, & castos.
Vitam præsta puram,
Iter para tutum,
Vt videntes Iesum,
Semper collemur.

Sit laus Deo Patri,
Summo Christo decus,
Spiritu sancto,
Tribus honor vnus Amen.

Vers. Sit nomen Mariæ benedictum.

Resp. Ex hoc nunc, & vsque in sæculum.

Ad Magnificat, Añã. Mariæ nomen cunctas illustrat Ecclesias: cui fecit magna, qui potens est, & sanctum nomen eius.

Oratio.

Deus, qui gloriosam Matrem tuam nominari Mariam voluisti: concede, quaesumus, vt qui dulce Mariæ nomen implorent, perpetuum sentiant tuæ benedictionis effectum: Qui visis, & regnas cum Deo Patre in vnitatis Spiritus Sancti Deus. Per omnia sæcula sæculorū. Amen.

Ad Matutinum, Inuitatorium.
Aue Maria, gratia plena: Dominus tecum. * Aue Maria, gratia plena: Dominus tecum.

Psalm. 94.

Venite exultemus.

Hymnus.

Quem terra, pontus, sidera,
Colunt, adorant, prædicant
Trinam regentem machinã,
Claustrum Mariæ baiulat.

Cui Luna, Sol, & omnia
Deseruiunt per tempora.
Perfusa cæli gratia,
Gestant puellæ viscera.

Beata mater munere,
Cuius supernus artifex,

Mundum pugillo continens,
Ventris sub arca clausus est.

Beata cæli nuntio.

Fecunda sancto Spiritu,
Desideratus gentibus,
Cuius per aluum fusus est.

Iesu tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, & almo Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

Añã. In vniuersa terra admirabile est nomen tuum Maria.

Psalmus 8.

Domine, Dominus noster,
quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra!

Quoniam elenata est magnificentia tua: super cælos.

Ex ore infantium, & lactentiū perfecisti laudem propter inimicos tuos: vt destruas inimicū & vtorem.

Quoniam videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum: lunã & stellas, quæ tu fundasti.

Quid est homo, quod memor es eius? aut filius hominis, quoniam visitas eum?

Minuisti eum paulò minus ab Angelis: gloria, & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum.

Omnia subiecisti sub pedibus eius: oues, & boues vniuersas, in super, & pecora campi.

Volucres cæli, & pisces maris: qui perambulans semitas maris.

Domine Dominus noster: quã admirabile est nomen tuum in vni-

vniuersa terra!

Añ. In vniuersa terra admirabile est nomen tuum Maria.

Añ. In omnem terram diffusa est laus nominis Mariae.

Psalm. 18.

Cæli enarrant gloriã Dei: & opera manuum eius annuntiat firmamentum.

Dies diei eructat verbum: & nox nocti indicat scientiam.

Non sunt loquelæ, neque sermone: quorum non audiantur voces eorum.

In omnẽ terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum.

In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo.

Exultauit, vt gigas ad carrendam viam: à summo cælo egressus eius.

Et occursum eius vsque ad summum eius: nec est qui se abscondat à calore eius.

Lex Domini immaculata conuertens animas: testimonium Domini fidele, sapientiam præstans paruulis.

Iustitiæ Domini rectæ, lætificantes corda: præceptum Domini lucidum, illuminans oculos.

Timor Domini sanctus permanens in sæculum sæculi: iudicia Domini vera, iustificata in semetipsa.

Desiderabilia super aurum, & lapidem pretiosum multum: &

dulciora super mel, & fauim.

Etenim seruus tuus custodit ea: in custodiendis illis retributio multa.

Delicta quis intelligit? ab oculis meis munda me, & ab alienis parce seruo tuo.

Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero: & emundabor à delicto maximo.

Et erunt, vt complacent eloquia oris mei: & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.

Domine adiutor meus, & redemptor meus.

Añ. In omnem terram diffusa est laus nominis Mariae.

Antiphona. Super maria, & flumina fundauit Mariam, & dedit illi nomen virtutum Rex gloriæ.

Psalmus 33.

Domini est terra, & plenitudo eius: orbis terrarum, & vniuersi qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundauit eum: & super flumina præparauit eum.

Quis ascendet in montem Domini? aut quis stabit in loco sancto eius,

Innoceas manibus, & mundo corde: qui non accepit in vano animam suam, nec iurauit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem à Domino: & misericordiam à Deo salutari suo.

Hæc est generatio quærentium eum: quærentium faciem Dei Iacob.

Attolite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales: & introibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? Dominus fortis, & potens Dominus potens in prælio.

Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales: & introibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? Dominus virtutum ipse est Rex gloriæ.

Antiphona. Super maria, & flumina fundauit Mariam: & dedit illi nomē virtutum Rex gloriæ.

Vers. Magnificate Mariam Virginem mecum.

Resp. Et exaltemus nomen eius in æternum.

De libro Exodi, cap. 15.

Lectio j.

Sumpfit Maria Propheetissa soror Aaron tympanum in manu sua: egresse que sunt omnes mulieres post eam cum tympanis, & choris, quibus præcinebat, dicens: Cantemus Domino: gloriosè enim magnificatus est: equum, & ascensorem eius deiecit in mare.

Resp. Laudemus nomen sacrū, atque insigne Mariæ. * Mun-

do nam peperit Virgo salutis opem.

Vers. Latentur cœli de tali nomine, & orbis. * Mundo, &c.

Lectio ij.

TVLit autem Moyses Israel de mari rubro, & egressi sunt in desertum Sur. Ambulaueruntque tribus diebus per solitudinem, & non inueniebant aquam: & venerunt in Mara, nec poterant bibere aquas de Mara, eo quod essent amaræ: vnde, & congruum loco nomen imposuit, vocans illum Mara, id est, Amaritudinem.

Resp. Benedictum sit nomen Mariæ. * Cuius manus tornatiles plenæ hyacinthis. *Vers.* Implorantibus Mariæ nomen, Maria præsto adest. * Cuius

Lectio iij.

ET murmurauit populus contra Moysen, dicens: Quid bibemus? At ille clamauit ad Dominum. Qui ostendit eis lignum, quod cum misisset in aquas, in dulcedinem versæ sūt. Ibi constituit ei præcepta, atque iudicia, & ibi tentauit eum, dicens: Si audieris vocem Domini Dei tui, & quod rectum est coram eo feceris, & obedieris mandatis eius, custodierisque omnia præcepta illius, cum languorem, quæ posui in Ægypto,

so, non inducam super te: ego enim sum Deus Dominus Saluator tuus.

Resp. Saluter us Mariam pro nobis Filium exorantem: * Et illi dicamus, Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum.

Verf. Hæc est Gedeonis vellus, quæ leuissima orationis compressione larga exhibet gratiarum stillicidia. * Et illi dicamus: Ave Maria, gratia plena. &c. Gloria Patri. Et illi.

In secundo Nocturno.

Añã. Speciosum Mariæ nomen deprecantur omnes diuites plebis, cuius decorem concupiuit Rex.

Psalms 44.

ERuctauit cor meum verbū bonum: dico ego opera mea regi.

Lingua mea calamus scribe: veloci ter scribebis.

Speciosus forma præ filijs hominum, diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in æternum.

Accingere gladio tuo super femur tuum: potentissime.

Specie tua, & pulchritudine tua: intende, prospere procede, & regna.

Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua.

Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te

cadent in corda inimicorum regis.

Sedes tua Deus in sæculum sæculi: virga directionis, virga regni tui.

Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vixit te Deus Deus tuus, oleo latitiæ præconsecrasti tuis.

Myrrha, & gutta, & cassia à vestimentis tuis, à domibus eburneis: ex quibus delectauerunt te filiæ regum in honore tuo.

Astitit Regina à dextris tuis, in vestitu deaurato: circumdata varietate.

Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui.

Et concupiscet rex decorem tuum: quoniam ipse est Dominus Deus tuus, & adorabunt eum.

Et filiæ Tyri in muneribus: vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis.

Omnis gloria eius filiæ Regis ab intus: in simbrijs aureis circumamicta varietatibus.

Adducentur Regi virgines post eam: proximæ eius afferentur tibi.

Afferentur in latitiâ, & exultatione: adducentur in templum Regis.

Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: constitues eos principes super omnem terram.

Memores erunt nominis tui: in
omni generatione, & generatio
nem.

Propterea populi confitebuntur
tibi in æternum: & in sæculum
sæculi.

Antiph. Speciosum Mariæ no-
men deprecabuntur omnes di-
uites plebis, cuius decorem cō-
cupiuit Rex.

Añā. Refugium est in tribula-
tionibus Mariæ nomen, omni-
bus illud inuocantibus.

Psalmus 45.

DEus noster refugium, &
virtus: adiutor in tribula-
tionibus, quæ inuenerunt nos
nimis.

Propterea nō timebimus, dum
turbabitur terra: & transferentur
montes in cor maris.

Sonuerūt, & turbatae sunt aquae
eorum: conturbati sunt montes
in fortitudine eius.

Fluminis impetus lætificat ciui-
tatem Dei: sanctificauit taberna-
culum suum altissimus.

Deus in medio eius non cōmo-
uebitur: adiubabit eā Deus ma-
ne diluculo.

Conturbatae sunt gentes, & in-
clinata sunt regna: dedit vocem
suam, mota est terra.

Dominus virtutum nobiscum:
susceptor noster Deus Iacob.

Venite, & videte opera Domi-
ni, quæ posuit prodigia super

terram: auferens bella usque ad
finem terræ.

Arcum conteret, & c. nfringet
arma: & scuta comburet igni.

Vacate, & videte, quoniam ego
sum Deus: exaltabor in gētibus,
& exaltabor in terra.

Dominus virtutum nobiscum:
susceptor noster Deus Iacob.

Añā. Refugium est in tribula-
tionibus Mariæ nomen, omni-
bus illud inuocantibus.

Añā. Maria ciuitas Dei sancta,
gloriosa dicta sunt de nomine
sancto tuo.

Psalmus 86.

Fundamenta eius in monti-
bus sanctis: diligit Dominus
portas Sion super omnia taber-
nacula Iacob.

Gloriosa dicta sunt de te: ciuitas
Dei.

Memor ero Rahab, & Babylo-
nis: scientium me.

Ecce alienigenæ, & Tyrus, &
populus Æthiopum: hi fuerūt
illic.

Nunquid Sion dicet, homo, &
homo natus est in ea, & ipse fan-
dauit eam altissimus?

Dominus narrabit in scripturis
populorū: & principum, horū
qui fuerunt in ea.

Sicut lærantium omnium: ha-
bitatio est in te.

Añā. Maria ciuitas Dei sancta,
gloriosa dicta sunt de nomine
sancto tuo.

Vers. Repleatur os meum laude
Mariae.

Resp. Ut cantem gloriam nomi-
ni sancto eius.

De Sermone sancti Epiphaniij

Episcopi.

Lectio jv.

BEATA Anna grauida effe-
cta. caelum, & thronum
Cherubicum peperit san-
ctam puellam Mariam: illa enim
reperitur esse caelum, Templum,
& Thronus; quia Mariam inter-
pretari solemus Dominam, at-
que etiam spem. Peperit enim
Dominum, qui est spes totius mu-
di, nempe Christum. Rursu nomē
illud Maria interpretatur, myr-
rrha maris Myrrham vero dicit
aliquis (quod ego etiam aio) de
immortalitate, eo quod paritu-
ra esset gemmam inmortalem
in mari, hoc est in mundo. Ma-
re autem dicit vniuersum mun-
dam, cui Virgo serenitatem, &
tranquilitatem contulit, dum
portum peperit Christum.

Resp. Benedicta tu à Domino
Deo tuo in omni tabernaculo
Iacob. Quoniam in omni gen-
te: quae audierit nomen tuum,
magnificabitur super te Deus

Vers. Tu gloria Ierusalem, tu lae-
titia Israel, tu Maria honorificē-
tia populi nostri. Quoniam.

Lectio v.

RURSUM itaque praeclearae
puellae Mariae, beatum no-

men interpretatur illustrata: vt
porē quae illustrata sit à Filio
Dei, & cunctos vsque ad termi-
nosterrae, credentes Trinitati,
illuminauerit. Sancta enim puel-
la Virgo Maria est sponsa Trini-
tatis, & thesaurus dispensationis
plane arcanus, cui Gabriel in-
quit. Aue gratia plena, Domi-
nus tecum: subiunxit Gabriel.
Et Pater misit arrhabonem de
caelo Spiritum Sanctum, praepa-
rauit Virginem vnigenito Fi-
lio, caelesti sponso: quam Pater
dilexit, Filius inhabitauit Spi-
ritus Sanctus percipiuit.

Resp. Melius est bonum nomen
quam diuitiae multae. Turris for-
tissima Mariae nomen.

Vers. Propugnaculum est omni-
bus, qui ad illud confugiunt. Tur-
ris fortissima Mariae nomen.

Lectio vj.

IPSA est enim sponsa, & thala-
mus, & ex ea sponsus proce-
dit Christus Virgineum indu-
mentum iuxta suauem Dauidis
Prophetae cationem: In sole
posuit tabernaculum suum, &
ipse tanquam sponsus procedēs
de thalamo suo. O sponsi deside-
rium summae puritatis, propria
ancillam propensiore affectu
constituit sponsam, & matrem!

Resp. Nomen sanctum meum
notum faciam in medio popu-
li mei. Et scient, quia ego Ma-
ria.

Vers.

Vers. Deliciae mea esse cum filiis hominum.* Et scient quia ego Maria, Gloria. Et.

In tertio Nocturno.

Añs. Nuntiate inter gentes gloriam Mariæ: in omnibus populis mirabilia nominis eius.

Psalmus 95.

Cantate Domino canticum nouum: cantate Domino omnis terra.

Cantate Domino, & benedicite nomini eius: annuntiate de die in diem salutare eius.

Annuntiate inter gentes gloriam eius in omnibus populis mirabilia eius.

Quoniam magnus Dominus & laudabilissimus: terribilis est super omnes deos.

Quoniam omnes dii gentium demonia: Dominus autem celos fecit.

Confessio, & pulchritudo in conspectu eius: sanctimonia, & magnificentia in sanctificatione eius.

Afferre Domino patriæ gentium, afferre Domino gloriam, & honorem: afferre Domino gloriam nomini eius.

Tolite hostias, & introite in atria eius: adorete Dominum in atrio sancto eius.

Commoueatur à facie eius uniuersa terra: dicite in gentibus, quia Dominus regnauit,

Etenim correxit orbem terræ, qui non commouebitur: iudicabit populos in æquitate.

Latentur cæli, & exultet terra, commoueatur mare, & plenitudo eius: gaudebunt campi, & omnia quæ in eis sunt.

Tunc exultabunt omnia ligna siluarum à facie Domini, quia venit: quoniam venit iudicare terram.

Iudicabit orbem terræ in æquitate: & populos in veritate sua.

Añs. Nuntiate inter gentes gloriam Mariæ, in omnibus populis mirabilia nominis eius.

Añs. Annuntiauerunt cæli nomen Mariæ: & viderunt omnes populi gloriam eius.

Psalmus 96.

Dominus regnauit, exultet terra: latentur insule multe.

Nubes & caligo in circuitu eius: iustitia, & iudicium correctio sedis eius.

Ignis ante ipsum præcedet: & inflamauit in circuitu inimicos eius.

Illaxerunt fulgura eius orbi terræ: vidit, & commota est terra.

Montes sicut cera fluxerunt à facie Domini: à facie Domini omnis terra.

Annuntiauerunt cæli iustitiam eius: & viderunt omnes populi gloriam eius.

Con-

Confundantur omnes qui adorant sculptilia: & qui gloriantur in simulacris suis.

Adorate eum omnes Angeli eius: audiuit, & lætata est Sion.

Et exultauerunt filia: Iudæ: propter iudicia tua Domine.

Quoniam tu Dominus altissimus super omnem terram: nimis exaltatus es super omnes deos.

Qui diligitis Dominum, odite malum: custodit Dominus animas Sanctorum suorum, de manu peccatoris liberauit eos.

Lux orta est iusto: & rectis corde lætitia.

Lætaminj iusti in Domino: & confitemini memoriæ sanctificationis eius.

Ana. Annuntiauerunt cæli nomen Mariæ. & viderunt omnes populi gloriam eius.

Ana. Notum fecit Dominus sacrum Mariæ nomen, & in conspectu gentium reuelauit virtutem nominis eius.

Psalmus 97.

CAntate Domino canticum nouum: quia mirabilia fecit.

Saluauit sibi dextera eius: & brachium sanctum eius.

Notum fecit Dominus salutare suum: in conspectu gentium reuelauit iustitiam suam.

Recordatus est misericordiæ

sua: & veritatis suæ domui Israel.

Viderunt omnes termini terræ: salutare Dei nostri.

Iubilate Deo omnis terra: cantate, & exultate, & psallite.

Psallite Domino in cithara, in cithara, & voce psalmi: in tubis ductilibus, & voce tubæ cornæ.

Iubilate in conspectu regis Domini, moueatur mare & plenitudo eius: orbis terrarum, & qui habitant in eo.

Flumina plaudent manu, simul montes exultabunt à conspectu Domini: quoniam venit iudicare terram.

Iudicabit orbem terrarum in iustitia: & populos in æquitate.

Ana. Notum fecit Dominus sacrum Mariæ nomen, & in conspectu gentium reuelauit virtutem nominis eius.

Vers. Ave Maria, gratia plena.

Resp. Dominus tecum.

Lectio sancti Euangelij secundum Lucam.

Lectio vij.

IN illo tempore: Missus est Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galileæ, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid, & nomen Virginis Maria. Et reliqua.

N

Homi-

Homilia sancti Bernardi, Ab.
batis.

ET nomen, inquit, Virgini
nis Maria. Loquamur
pauca, & super hoc no-
mine, quod interpretatum, Ma-
ris stelladicitur, & matri, Virgi-
ni valde conuenienter aptatur.
Ipsa namque aptissime sideri
comparatur; quia sicut sine sui
corruptione sidus suum emit-
tit radium, sic absque sui laesione
Virgo parturibit filium. Nec si-
deri radius suam minuit clara-
tem, nec Virgini Filius suam in-
regritatem. Ipsa est igitur nobi-
lis illa Stella iacob orta, cuius ra-
dius vniuersum orbem illumina-
t, cuius splendor & praeulget
in supernis, & inferos penetrat;
terras etiam perlustrans, & cale-
faciens magis mentes, quā cor-
pora, fouet virtutes, excoquit vi-
tia. Ipsa, inquam, est praecelara, &
eximia Stella super hoc mare
magnum, & spatiosum necessa-
rio subleuata, micans meritis, il-
lustrans exemplis.

Resp. Clarissimū Mariæ nomen,
ipsa stella est praeulgens. * Pec-
catores illuminat, & dirigit in
portum salutis

Vesf. Consolatur tristes, miseros
leuat, & iacentes erigit. Pecca-
tores.

Benedictio. Cuius festum coli-
mus ipsa Virgo Virginum.

lectio viij.

O quisquis te intelligis in
huius sæculi pro fluui-
o magis inter procellas, & tempe-
states fluctuare, quam per terrā
ambulare, ne auertas oculos à
fulgore huius sideris si non vis
obruī procellis. Si insurgant vē-
tilationum, si incurras sco-
pulos tribulationum, respice
Stellam, voca Mariam. Si iacta-
ris superbiæ vendis, si ambitio-
nis, si detractionis, si amulatio-
nis; respice Stellam, voca Ma-
riam. Si iracundia, aut avari-
tia, aut carnis illecebra nau-
culam concusserit mentis, res-
pice ad Mariam. Si criminum
immanitate turbatus, conscien-
tiæ fröditate confusus, iudiciij
horrore perterritus, barathro
incipias absorberi tristitia, def-
perationis abyssu, cogita Ma-
riam.

Resp. Omnia flumina intrant in
mare, & ipsum non redundat.

* Omnia gratiarum charismata
in Mariā, & ipsa non intumescit.

Vesf. Dixit illi Angelus, Ave
Maria, gratia plena. At ipsa
respondit: Ecce ancilla Domi-
ni. * Omnia Gloria Omnia,

Benedict. Ad societatem.

lectio xj.

IN periculis in angustijs, in re-
bus dubijs Mariā cogita, Ma-
riam inuoca. Non recedat ab o-

re non recedat à corde. & vt im-
petres eius orationis suffragiū,

non

non deferas conuersationis exē
plum. Ipsam sequens, non
deuias; ipsam rogans, non des-
peras: ipsam cogitans, non er-
ras: ipsa tenente, non corruis:
ipsa dulce, non fatigaris: ip-
sa propitia, peruenis: & sic in te
meripso experiris quam meri-
to dictum sit: Et nomen Virgi-
nis Mariae.

Ad Laudes, & perhoras.

Añã. Mirabiles elationes maris,
sed mirabilior in nomine Ma-
riæ Dominus. *Psal.* Dominus re-
gnauit. *Cum relij. de Laud. Domin.*

Añã. Laudate in exultatione Ma-
riæ nomen, quoniam tuauē est.
Añã. Labia mea laudabunt te, ò
Maria, quam dulce est nomen
tuum, super mel ori meo.

Añã. Spiritus, & animæ iusto-
rum benedicant Mariam in no-
mine sancto eius.

Añã. Beneplacitum est Domi-
no in nomine Mariæ, in quo
exaltauit mansuetos in salutem.

Capitulum.

Benedicta es tu filia à Domi-
no Deo excelso præ omni-
bus mulieribus super terrā, quia
hodie nomen tuum ita magnifi-
cauit, vt non recedat laus tua de
ore hominum: qui memores
fuerint virtutis Dñi in aeternum.

Hymnus.

O Gloriosa Virginum,
Sublimis inter sidera,
Qui te creauit paruulum
Lactente nutris vberē.

Quod Eua tristis abstulit,
Tu reddis alno germine:
Intrent vt Astra fleuiles,
Cæli recludis cardines.

Tu Regis altri Ianua,
Et aua lucis fulgida:
Vitam datam per Virginem,
Gentes redemptæ plaudite.

Iesu tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, & alno Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

Vesf. Letabor, & exultabo in te,
Maria.

Resp. Psalmū dicam nomini tuo
Ad Benedictus, Añã.

Benedictus Deus, quia Mariæ
Virgini lucis nomen donauit, vt
illuminaret eos, qui in tenebris
sedent: & vt stella maris erran-
tes dirigeret in portum paci.

** in omni Oratio.*

Deus, qui gloriosam Matre
tuam nominari Mariam
voluisti: concede propitiis, vt
qui dulce Mariæ nomen implo-
rant: perpetuum sentiant tuæ be-
nedictionis effectum. Qui viuus,
& regnas.

Ad Primam, Añã.

Mirabiles elationes.
Resp. Br. Christe fili. Qui natus.

Ad Tertiam, Añã.

Laudate in exultatione.
Capitulum.

Benedicta es tu filia à Domi-
no Deo excelso, præ omni-
bus mulieribus super terrā: quia
hodie nomen tuum ita magnifi-
cauit,

cavit, vt non recedat laus tua de ore hominū: qui memores fuerint virtutis Domini in eternū. *Resp. Br.* Magnificate. * Mariam Virginē mecum. * Magnificate. *Vers.* Et extollemus nomen eius in eternum. Mariam Virginem mecum. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. Magnificate Mariam Virginem mecum. *Vers.* Repleatur os meum laude Mariæ. *resp.* Vt cantem gloriā nomini sancto eius.

Ad Sextam, Añā. Labia mea.

Capitulum.

Benedicta tu à Deo tuo in omni tabernaculo Iacob, quoniam in omni gēte, quæ audierit nomen tuum, magnificabitur super te Deus Israel.

Resp. Br. Repleatur os meum. * Laude Mariæ. Repleatur os meum laude Mariæ.

Vers. Vt cantem gloriam nomini sancto eius. Laude Mariæ. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Repleatur os meum laude Mariæ. *Vers.* Ave Maria, gratia plena. *Resp.* Dominus tecum.

Ad Nonam, Añā.

Beneplacitum est Domino.

Capitulum.

Egressum est nomen meum in gentes propter speciem tuam, quia perfecta es in decore meo, quem posui super te, dicit Dominus Deus.

Resp. Br. Ave Maria, gratia plena. * Ave Maria gratia plena. *Vers.* Dominus tecum. Gratia. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto.

Ave Maria, gratia plena.

Vers. Letabor, & exultabo in te Maria. *Resp.* Psalmum dicam nomini tuo.

In secundis Vers. Añā. Missus est, cum reliquis, vt in j. *Vers.*

Ad Magnificat, Añā.

Maria Virgo omnium oculis gratiosa. Nominatum est nomen gloriæ eius, vsque in extremum terræ.

✠ *In Diæcesi Toletana sit officium duplex de Nomine Beatissimæ Mariæ, die 17. Septembris: & festum sacrorum stigmatum S. Francisci transfertur in primam diem non impedita cum officio nouem lectionum. Suffraganei enim videntur debere, iuxta consuetudinem Ecclesiæ Metropolitanæ, Officium diuinum recitare.*

F I N I S.

en ello delinquieren con tanta publicidad fuera de la clausura, que escandalizen al Pueblo, entonzes se deve guardar lo que arriba se ha dicho, en lo respondido a la du-
da duodecima.

dictum est supra in respon-
sione ad duodecesimum.

Sucede tal vez (Señor) que las Ciudades piden al Obispo, que no permita este genero de oficinas, por el daño q̄ resulta a lo politico, ò por las alcavalas, ò millones, ò por otras causas: por esto fue necessario preguntar a su Santidad, que es lo que deve hazer en este caso el Obispo? Declara su Santidad, que en èl los Obispos no pueden absolutamente prohibirlo; pero que si huviere algũ exceso *extra clausura*, se observe lo que està dispuesto por el Santo Concilio de Trento, i Constitucion de Clemente Octavo. Quanto mejor es para la publica quietud, que sepan los Obispos lo que pueden, i no pueden hazer, para satisfazer a su conciencia, i a las Ciudades, i particulares, que piden, para no ofender a tan santos, i sagrados Institutos, como los de las Religiones, q̄ no dexarlo todo en duda, madre fecúndissima de discordias, i pleitos?

89
Que se deve hazer por los Obispos, quando tienẽ oficinas los Regulares, i a en ellas algo que remediar.

Bre-

Breve de su Santidad.

90

Decimoséptimò. Vtrú Regulares, etiam Patres Iesuitæ, in suis prædiis, opificiis, aliisque suis domibus sæcularibus, sitis intra limites Parochialium ad se non spectantium, possint administrare Sacramenta Baptismatis, solemnis Matrimonij, Extremaunctionis, & Eucharistiæ in festo Paschæ famulis, mercenariis, rusticis, sive id genus hominibus sæcularibus, absque Ordinarij, vel Parochi licentia? Respondit. Non posse.

Decimaséptima. Si los Regulares, aunque sean de la Compañia de Iesus, en sus posesiones, oficinas, i en las demas sus casas seglares, sitas dentro de los limites de las Iglesias Parroquiales, que no les pertenecen a ellos, pueden administrar los Sacramentos del Bautismo, del solemne Matrimonio, de la Extremauncion, i de la Comunion, en la fiesta del dia de Pasqua, a sus criados, obreros, ò jornaleros, i a la gente del campo, ò semejantes personas seglares, sin licencia del Ordinario, ò del Cura? Responde. Que no pueden.

91

No pueden los Regulares administrar el Sacramento del Bautismo, i Matrimonio, Extremauncion, i Comunion anual, a los Seculares, en sus haciendas, quando no son sus Paro-

Esta declaracion, i Decreto Apostolico es sumamente util, i necessario para el bien, i seguridad de las conciencias de los Obispos, de los Religiosos, de los feligreses, i de V. Mag. Porque siendo afsi, que en el Colegio del Espiritu Santo de la Puebla, en una hacienda,

estas injurias, i libelos famosos, que defacreditan la Dignidad Episcopal, i a los Pastores comunes de las almas, Padres de la Iglesia, i Columnas de la Fè, tengan alguna moderacion. A esto mira (Señor) este Decreto de la Apostolica Sede, i en el se reconocen grandes conveniencias para todo, pues se quitan los interiores con el respeto a los Superiores en lo espiritual, i en lo téporal. Porque de ser obedecido el Pontifice por los Obispos, i de que sean obedecidos los Obispos por sus subditos, i de que sean respetados les Curas por sus feligreses, i se guarde el orden Ierarquico; i de que sean amadas, i estimadas, como lo merecen, las Sagradas Religiones por su excelente perfeccion, i profersion, i por lo que coadyuvan cõtan alto espiritu al bien de las almas, i de que gozen sus merecidos privilegios dentro de sus terminos; i que cada estado se contenga en los limites de lo que le toca: en esto (Señor) consiste la publica paz de los Reinos en lo espiritual, que influye tanto en lo temporal; i tambien en que V. Magestad sea obedecido, i su Consejo de Indias ref-



S

S-A

31